LIBRARY OF PRINCETON
MAR 5 1953
THEOLOGICAL SEMINARY

BX3701
.M8L94
v. 4

Digitized by the Internet Archive
in 2014

https://archive.org/details/monumentaignatia04igna

MONUMENTA HISTORICA SOCIETATIS IESU

A PATRIBUS EIUSDEM SOCIETATIS EDITA

VOL. 71

REGULAE SOCIETATIS IESU

(1540 - 1556)

MONUMENTA HISTORICA SOCIETATIS IESU

A PATRIBUS EIUSDEM SOCIETATIS EDITA

VOLUMEN 71

Ignacio de Loyola

MONUMENTA IGNATIANA

EX AUTOGRAPHIS VEL EX ANTIQUIORIBUS EXEMPLIS COLLECTA

SERIES TERTIA

CONSTITUTIONES ET REGULAE SOCIETATIS IESU

VOLUMEN 4

REGULAE SOCIETATIS IESU (1540 - 1556)

ROMAE

APUD "MONUMENTA HISTORICA SOC. IESU,,

BORGO S. SPIRITO, 5

1948

LIBRARY OF
AUG 11
THEOLOGICAL

REGULAE SOCIETATIS IESU

(1540-1556)

EDIDIT

DIONYSIUS FERNÁNDEZ ZAPICO S. I.

ROMAE
APUD " MONUMENTA HISTORICA SOC. IESU „
BORGO S. SPIRITO, 5
1948

SANCTO IGNATIO DE LOYOLA
PARENTI LEGIFERO

IMPRIMI POTEST

Romae, 13 Iulii 1948.

P. Alphonsus M. Martin S. I.
a Praep. Gen. Delegatus

IMPRIMATUR

E Vicariatu Urbis, die 27 Iulii 1948.

† A. Traglia
Archiep. Caesarien., Vic. Ger.

IURA PROPRIETATIS RESERVANTUR

ROMAE — TYPIS PONTIFICIAE UNIVERSITATIS GREGORIANAE

INDEX GENERALIS

PRAEFATIO GENERALIS

Pag.

CAPUT I. De Regularum Societatis Iesu natura . . . 1*

I. - Textus Regularum vicissitudines 2*
II. - Discrimen inter Constitutiones et Regulas Societatis 5*

CAPUT II. Quaedam de legislatione Ordinum Religiosorum ante Societatis Iesu fundationem . . 6*

1. - Regula Sancti Pachomii 6*
2. - S. Basilius Magnus (ca. 331-379) 8*
3. - S. Augustinus 8*
4. - Ioannes Cassianus (ca. 360-435) 10*
5. - S. Benedictus (ca. 480-547) 11*
6. - S. Bruno. Statuta Ordinis Cartusiensis . . . 12*
7. - Cistercienses 13*
8. - Canonici Regulares S. Augustini 14*
9. - Ordo Fratrum Praedicatorum 16*
10. - S. Franciscus 17*
11. - Fratres Vitae Communis 18*
12. - Clerici Regulares 19*
13. - Collegia Parisiensia 20*

CAPUT III. Regulae P. Simonis Rodriguez cum Regulis S. Ignatii comparantur 23*

I. - Regulae P. Simonis Rodriguez 23*
II. - Regulae Sancti Ignatii 24*
III. - Regularum P. Ignatii et Simonis comparatio, earumque influxus in Regulas definitivas Societatis . 25*
Recapitulatio 31*

CAPUT IV. De Regulis S. Ignatii et instructionibus Fr. Humberti de Romanis O. P. 31*

CAPUT V. Praecedentia studia circa Regulas antiquas Societatis Iesu et praesertim circa Regulas Sancti Ignatii earumque editionem 33*

Pag.

CAPUT VI. De hac nostra editione 35*

De modo transcribendi manuscripta et de orthographia adhibita 35*

Codicum notitia 37*

Index operum quae in hoc volumine usurpantur . . . 53*

Notae compendiariae 64*

MONUMENTA

Mon. Pag.

1. Antiquissimae scholasticorum regulae, 1540 . . . 2
2. Constitutiones anni 1541 12
3. Primae collegiorum constitutiones, 1541 12

REGULAE CONIMBRICENSES

4. Regulae Rectoris 17
5. Procurator 24
6. Minister Domus 26
7. Ianitor 30
8. Infirmarius 34
9. Medicamentorum custos 36
10. Custos vestium 38
11. Custos linteorum 40
12. Custos triclinii 44
13. Custos penus 48
14. Coquus 50
15. Hospitum curator 52
16. Emptor 52
17. Excitator 54
18. Munditiae curator 56
19. Qui lampades accendit 58
20. Bibliothecae custos 58
21. Aedituus 62
22. Regulae lectoris ad mensam 68
23. Regula generalis 70
24. Examen generale conscientiae 80
25. Monita spiritualia 82
26. Documenta pro peregrinis 92
26 A. Tractatus specialior de regulis supradictis . . . 102
27. Regulae his qui extra studia iuvandis proximis versantur 116

Mon.		Pag.
28.	Ordo servandus sacerdotibus collegii Conimbricensis in confessionibus audiendis	118
29.	De admittendis scholasticis in Societatem Iesu . .	119
30.	[Professionis ritus]	126
31.	Monita confessariis Fratrum	127
32.	Regulae consiliariorum seu consultorum	134
	REGULAE S. IGNATII	
33.	Instructio pro collegio Patavino data anno 1546 . .	135
34.	Examen candidatorum (1546 ?)	137
35.	Monita generalia (1547 ?)	137
36.	Statuta Bononiensia (1547 ?)	143
37.	Regla de Casa (= Regula Domus) (1547 ?)	145
38.	Regulae noviciorum (1547 ?)	145
39.	Observanda sacerdotibus et aedituo (1547 ?) . . .	146
40.	Formula scribendi (1547)	147
41.	Regulae collegiorum (1547-1548 ?)	148
42.	Industriae Polancianae (1548)	150
43.	Regulae circa bonos mores scholasticis externis servandos	150
	Regulae romanae anni 1549	156
44.	Regulae communes romanae anni 1549	157
45.	Regulae Ministri	169
46.	Regulae aeditui	175
47.	Regulae infirmarii	182
48.	Regulae custodis refectorii	185
49.	Regulae emptoris	187
50.	Regulae coqui	189
51.	Regulae visitatoris nocturni	190
52.	Regulae excitatoris	191
53.	De silentio observando	192
54.	Conclusiones aliquorum Patrum circa puncta a S. Ignatio proposita (1549)	194
55.	Regulae primae probationis	196
56.	De hortulano et camera	198
57.	De defectuum aliorum manifestatione	199
57 B.	De aliorum defectuum observatione et correctione .	202
58.	Casus reservati et monita confessariis	204
59.	Regulae venientibus Romam tempore aestivo . . .	207
60.	Regulae communes hispanice (1550-1551 ?) . . .	209

Mon.		Pag.
	Regulae variae	212
61.	Constitutiones Universitatis Gandiensis (1549 ?) . .	212
62.	Constitutiones collegiorum	213
63.	Regulae Collegii Romani (1551)	246
64.	Ordo latinarum contionum, quae dominicis diebus a prandio in collegio habebuntur	276
65.	Instructiones seu monita pro collegiis Italiae (1551-1552)	280
66.	Regulae noviciorum (1551)	282
67.	Regulae communes anni 1551	284
68.	Constitutiones collegii germanici. 1552	293
69.	Regulae Collegii Germanici (1552)	306
70.	De defectibus aliorum observandis et corrigendis (1552-1553)	310
	Regulae in Hispania et Lusitania a P. Nadal annis 1553-1554 promulgatae	314
71.	Summarium Constitutionum	315
72.	Regulae communes	332
73.	Officium Rectoris	344
74.	Officium Ministri	362
75.	Regulae praefecti ecclesiae	380
76.	Regulae sacerdotum	388
77.	De Magistro noviciorum	392
78.	Regulae noviciorum	400
79.	Officium examinatoris	402
80.	Regulae procuratoris domus	410
81.	Regulae procuratoris collegii	416
82.	Regulae ianitoris	422
83.	Regulae aeditui	430
84.	Regulae infirmarii	440
85.	Regulae praefecti seu custodis triclinii	447
86.	Qui eleemosynas colligit	454
87.	Regulae emptoris	456
88.	Regulae dispensatoris (custodis penus et cellarii) .	458
89 A.	et B. Regulae coqui	463
90 A.	et B. Regulae custodis vestium et linteorum . . .	468
91.	Regulae excitatoris matutini, nocturnique visitatoris .	472
92.	Studiorum praefectus	474
93.	Syndicus	476
94.	Bibliothecae praefectus	477
95.	Hospitum curator	479
96.	Regulae scholasticorum Soc. Iesu	481
97.	Orationis ordo	486

Mon.		Pag.
98 A, B, C.	Regulae scholarum externarum	491
98 A.	Orden de las escuelas de la Compañía quanto a las costumbres	493
98 B.	Orden de las escuelas de la Compañía quanto a las letras	501
98 C.	Regulae correctoris	507
	Regulae Romanae variae	508
99.	Superintendens collegii romani (1554 ?)	508
100.	Regulae his qui recreationis causa ad villam seu vineam mittuntur	511
101 A, B, C.	Regulae modestiae (1555)	514
101 A.	Reglas de la Modestia	518
101 B.	[Regulae modestiae]	520
101 C.	Regole della modestia	522
102 A, B, C.	Regularum modestiae complementum (1555) .	523
102 A.	Modo que se deve tener tratando con los Superiores y otros (1555)	524
102 B.	Modus qui tenendus est agendo cum Superioribus vel etiam cum aliis	526
102 C.	[Regularum modestiae complementum]	528
103.	Regula Domus (1554-1555)	529
104.	Regula ad sacerdotum diligentiam excitandam . .	530
105 A, B.	Regulae ad subditos in oboedientia et mortificatione exercendos (1554-1555 ?)	530
105 A.	Reglas para exercitar los súbditos en la obedientia, mortificatión	531
105 B.	Ordine del nostro P. M. Ignatio	533
106.	Alumnis collegii germanici	534
107.	Sti. Ignatii ordinationes variae (1555 ?)	536
108.	Regulae procuratoris sanitatis (1556 ?)	539
Appendix I.	Regulae Goanae a. 1552-1553	543
Appendix II.	Summarium Constitutionum typis editum a. 1560	545
Appendix III.	Regulae communes typis editae anno 1560 .	554
Index personarum, rerum, locorum	. . . . .	567
Addenda et corrigenda	. . . . .	588



OBSERVANDA SACERDOTIBUS ET AEDITUO (*Autographum S. Ignatii*)
vide infra MON. 39, pp. 146-147

N. B. In ima ora folii charta consumpta est. Supplenda verba: 2ª Capt.ª.
Mensura originalis 287×223 mm.



PRAEFATIO GENERALIS

CAPUT I

DE REGULARUM SOCIETATIS IESU NATURA

Antiquae leges Societatis Iesu in duobus praecipue operibus continentur, quae Constitutiones et Regulae nuncupantur [1].

S. Ignatius de Loyola Constitutiones Societatis Iesu scribere coepit anno 1541, paulo post Societatis approbationem (1540). Rudiore forma primum scriptae, inde ab anno 1547 aptius exaratae et in decem partes divisae, anno 1550-1551, quando S. Parens eas primis sociis et aliis e gravioribus Patribus ostendit, illam iam formam fere habebant, quam postea retinuerunt. Aliqua tamen Ignatius per totam suam vitam addidit vel mutavit; nec voluit Constitutiones ante mortem « claudere », prout ipse dicebat. Congregatio generalis Societatis Iesu prima, a. 1558, earum textum approbavit latinitateque donavit (originalis enim textus hispanice scriptus erat); exinde fere immutatae ad nostra usque tempora manserunt. Earum editio historico-critica facta est apud nostra MONUMENTA HISTORICA SOCIETATIS IESU, ubi quidquid de earum origine, compositione, promulgatione, invenire licuit, descriptum videri potest [2].

---

[1] Potest vocari *Regula Societatis Iesu*, vel *Regula S. Ignatii*, ad similitudinem Ordinum antiquorum (praecipue ad similitudinem *Regulae Fratrum Minorum* in bulla Honorii III die 29 novembris anni 1223 inclusae) *Prima Instituti Societatis Iesu summa*, seu *Formula*, die tertio septembris 1539 Paulo III oblata et ab illo ore tenus approbata, quae postea in bulla eiusdem Pauli III *Regimini militantis Ecclesiae* diei 27 septembris 1540, qua sollemniter Societatem Iesu approbavit, inclusa est. Summa illa, seu Formula parum mutata, inserta est etiam in bulla *Exposcit debitum*, qua Iulius III die 21 iulii 1550 Societatem Iesu confirmavit. Non solet tamen generatim dici *Regula*, sed Bulla Pauli III, Bulla Iulii III. Cf. MI, *Constitutiones S. I.* I, 14-21; 24-32; 372-383.

[2] Cf. MONUMENTA HISTORICA SOCIETATIS IESU. Monumenta Ignatiana (MI) vol. 63, 64, 65. Vol. primum continet Monumenta Constitutionum praevia; vol. secundum, textus hispanos; vol. tertium, versionem latinam.

Ut aliqua Constitutionum notitia ab omnibus haberi possit, transcribimus titulos partium Constitutionum, capita in quae partes dividuntur omittentes. PARS PRIMA. De admissione al probationem. // SECUNDA. Quae ad eos dimittendos pertinet qui, admissi parum apti in probatione ad Societatem invenirentur. // TERTIA. De iis conservandis et promovendis, qui in probatione manent. // QUARTA. De iis qui in

In prooemio ad Declarationes et Annotationes Constitutionum dicit P. Ignatius: « ... Sed, praeter utrasque, [i. e. Constitutiones et Declarationes], quae ad res immutabiles pertinent, et universaliter observari debent, aliae quaedam ordinationes erunt necessariae, quae diversis temporibus, locis et personis, in diversis domibus, collegiis et officiis Societatis (uniformitate tamen, quoad eius fieri possit, retenta) possint accommodari. De huiusmodi ordinationibus vel *regulis* hic non agetur; sed id solum admonebimus, quod ab unoquoque qui ibi fuerit, ubi haec observentur, iuxta voluntatem Superioris qui ei praefuerit, sunt observandae » [3].

Regulis Societatis scribendis operam dabat P. Ignatius anno 1548. Sic enim testatur P. Polanco, ei a secretis et in multis adiutor: « Hoc eodem tempore [anno scilicet 1548] et Constitutionibus Societatis conficiendis et *regulis* Pater Ignatius operam dabat, et partim oratione, partim rationis discursu, partim etiam experientia, ea quae ad instituti nostri rationem postea promulgavit, paulatim concinnabat » [4].

I. — Textus regularum vicissitudines

Non parum laboris positum est a S. Ignatio eiusque collaboratoribus in regulis generalibus et particularibus diversorum officiorum condendis, ut volumen hoc ostendet; sed dum Constitutionum textus fere immutatus permansit post mortem S. Ignatii, regularum

---

Societate retinentur instruendis in litteris et aliis quae ad proximos iuvandos conferunt. // QUINTA. De iis quae ad admittendum in corpus Societatis pertinent. // SEXTA. De iis qui admissi et in corpus Societatis cooptati sunt, quod ad ipsorum personas attinet. // SEPTIMA. De iis quae pertinent ad admissos in corpus Societatis ad proximorum utilitatem per vineam Domini distribuendos. // OCTAVA. De iis, quae conferunt ad eorum, qui dispersi sunt, cum suo capite et inter se mutuam unionem. // NONA. De iis, quae ad caput Societatis et gubernationem ab eo descendentem pertinent. // DECIMA. De modo quo conservari et augeri totum corpus Societatis in suo bono statu possit.

Constitutiones praecedit *Examen iis omnibus qui in Societatem Iesu admitti petent proponendum*, in quo breviter ratio et natura Societatis Iesu exponuntur.

Cum textus Constitutionum idem sit in omnibus editionibus, potius quam editionem aliquam specialem, videtur nobis utilius solummodo Partem, capitulum et numerum citare, nisi ratio aliqua specialem editionem citari suadeat.

[3] S. Ignatius praeter Constitutiones scripsit etiam *Declarationes* in Constitutiones, quae in textu Constitutionum signantur litteris maiusculis (A, B. C etc.). Hae Declarationes generatim eduntur cum ipso Constitutionum textu.

[4] Cf. MHSI, POLANCO, *Chronicon*, I, 268, n. 230.

textus non paucas mutationes subiit. Novae regulae aliquorum officiorum decursu temporis additae sunt. In aliis textus mutatus est.

Regulae antiquae Societatis recognitae et perfectae sunt post S. Ignatii mortem a Praepositis Generalibus immediate subsequentibus, PP. Laínez, S. F. Borgia, Mercuriano et Aquaviva. Recensio Patris Laínez maximam partem in manuscriptis occulta manet, et paucae tantum regulae annis 1560, 1561 Romae et Vindobone typis editae sunt, quarum rarissima cognoscuntur exempla [5]. Facilius cognosci potest recensio regularum a S. F. Borgia confecta, quia exstant exemplaria satis completa editionis romanae a. 1567, et neapolitanae a. 1568 [6]. Magis nota est recensio regularum a P. Mercuriano a. 1580 Romae edita, in qua regularum textus fere iam definitivam formam latinam accepit [7]. Hanc in paucis correxit ac perfecit P. Aquaviva, in editionibus a. 1582 et sequentibus publici iuris factis, usque ad eius obitum (31 ianuarii 1615) [8]. Congregatio generalis Societatis septima (5 novembris 1615-23 ianuarii 1616) paucas adhuc correctiones proposuit; ex quo tempore textus regularum, quae tunc erant, immutatus fere permansit ad Congregationem generalem XXVII a. 1923 et subsequentem editionem anni 1932.

Textus editionis romanae anni 1616 invenitur in omnibus editionibus instituti Societatis Iesu. Transcribimus huius editionis indicem, prout in fine libelli adest, asterisco notantes regulas quae iam

---

[5] Vide ad finem huius praefationis descriptionem codicis *Ci.* P. Cereceda in opere: *Diego Laínez en la Europa religiosa de su tiempo, 1512-1565*, tom. 2°, cap. XXII, p. 301, dicit: «compuso el P. General [Laínez] las reglas de los provinciales; las del rector, profesores y prefectos de estudios; las de los estudiantes, las reglas comunes y las del procurador general, y algunas normas directivas para los predicadores, la fórmula de aceptar colegios, y probablemente las reglas del prefecto de Iglesia». Cum non paucae ex his regulis iam tempore S. Ignatii, ut ex nostro volumine constat, conscriptae fuerint, potius quam *composuisse* dicendum fuisset *recognovisse* Patrem Lainium illas regulas. Regulas Provincialis certe ille composuit.

[6] Comparatis inter se exemplis editionis romanae 1567 et neapolitanae 1568, constat S. Franciscum Borgiam typis edidisse regulas quae in indice editionis *definitivae*, a nobis paulo inferius transcribendo, inveniuntur sub numeris: 1, 2, 7, 10, 12, 13, 16, 18, 21, 23, 26, 30, 31 [sub titulo *Regulae Praefecti infirmorum*], 33, 34, 35, 36, 37, 38, 39. Post regulas Peregrinorum est *Instructio ad mittendos peregrinos, pro Superioribus*, quae postea, saltem inter Regulas, omissa est. Sunt etiam regulae Superintendentis, quae non amplius apparent. In manuscriptis sunt etiam Officium Rectoris, Officium Provincialis et Officium Visitatoris, recognita a Sto. Francisco Borgia. Cf. cod. *Instit. 220*, ff. 168-174; 199-204.

[7] In hac editione sunt omnes regulae editionis definitivae, praeter nn. 9, 27 et 29.

[8] Solum desiderantur in his editionibus nn. 27 et 29.

tempore S. Ignatii scriptae erant et in nostro volumine videri possunt.

INDEX REGULARUM. *[1] *Summarium Constitutionum* / *[2] *Regulae communes* / [3] *Regulae Provincialis* / [4] *Regulae praepositi* / *[5] *Regulae rectoris* / *[6] *Regulae Examinatoris* / *[7] *Regulae Magistri Novitiorum* / *[8] *Regulae Modestiae* / [9] *Instructio ad reddendam conscientiae rationem* / [10] *Regulae Peregrinorum* / *[11] *Regulae Ministri* / [12] *Regulae Consultorum* / [13] *Regulae Admonitoris* / *[14] *Formula scribendi* / [15] *Regulae Praefecti rerum spiritualium* / *[16] *Regulae Praefecti ecclesiae* / [17] *Catalogus missarum et orationum* / *[18] *Regulae Sacerdotum* / [19] *Regulae Concionatorum* / [20] *Regulae eorum qui in missionibus versantur* / [21] *Regulae Procuratoris generalis* / *[22] *Regulae Procuratoris Domus professae* / *[23] *Regulae Procuratoris Collegii et Domus probationis* / [24] *Regulae Praefecti lectorum ad mensam* / *[25] *Regulae Praefecti sanitatis* / *[26] *Regulae Praefecti bibliothecae* / *[27] *Regulae scholasticorum Societatis* / [28] *Regulae Subministri* / [29] *Regulae coadiutorum temporalium* / *[30] *Regulae aeditui* / *[31] *Regulae infirmarii* / *[32] *Regulae Ianitoris* / *[33] *Regulae Custodis vestium* / *[34] *Regulae Emptoris* / *[35] *Regulae Dispensatoris* / *[36] *Regulae Praefecti refectorii* / *[37] *Regulae Coqui* / *[38] *Regulae Excitatoris* / *[39] *Regulae noctu cubicula visitantis* / [40] *Epistola B. P. N. Ignatii de Obedientiae virtute.* Hinc apparet maiorem numerum Regularum vivente adhuc Patre Ignatio scriptum esse[9].

Quantum ad vocabulum « Regulae » illud est notandum: primis Societatis temporibus, tam in textibus linguis vernaculis scriptis, quam in latinis, adhibitum esse non raro nomen « officium » potius quam « regulae ». Sic in Regulis romanis anni 1549, ut videre est in MON. 42-48. Fluctuat huius nominis usus in regulis a Patre Nadal in Hispania et Lusitania ann. 1553-1554 promulgatis, ut videri potest infra in MON. 70, 71, 72, 73, etc. Varius est etiam in regulis Romae editis a. 1561 a P. Lainez (*Officium Rectoris, Regulae praefecti ecclesiae, Officium aeditui, Regulae sacerdotum*). Praevalet nomen « Regulae » in editione a. 1567 a S. F. Borgia facta, in qua solum invenitur *Officium Examinatoris*. In editione romana a. 1580 et sequentibus, iam pro *Officio Examinatoris* ponuntur *Regulae Examinatoris*.

---

[9] Post annum 1616 et ante 1773 novae aliquae regulae typis editae sunt: *Officium vicarii generalis, Regulae Assistentium, Regulae Admonitoris Praepositi generalis, Regulae Secretarii Societatis, Regulae Substitutorum Secretarii, Regulae Revisorum generalium, Regulae Procuratoris Assistentiae, Regulae Socii Provincialis.* Aliquae ex his, ut Regulae Secretarii, iam a tempore S. Ignatii in manuscriptis exstabant.

Nonnumquam etiam in nostris antiquis documentis sine ullo fere discrimine usurpabantur voces « constitutiones », « statuta » et « regulae ». Sic *Constitutiones de studiantes de la Compañia* editae in MI, *Constit.* I, 175-178, eodem iure dici potuissent *Reglas de los estudiantes de la Compañia*. Quae S. Ignatius nuncupavit *Estatutos para Boloña, a escolares* (ibid. 258), a librario seu amanuensi dicuntur *Regole per gli escolari*; quae Polancus inscripsit *Costitutiones de los collegios*, iam antiquitus appellatae sunt *Regulae collegiorum Societatis Iesu* (MONUM. PAEDAG. p. 55 sqq., 78-84). Constitutiones et Regulae Collegii germanici indiscriminatim usurpantur. (Infra MON. 68, 69).

II. — DISCRIMEN INTER CONSTITUTIONES ET REGULAS SOCIETATIS

His non obstantibus, magnum intercedit discrimen inter haec duo opera « Constitutiones Societatis Iesu » et « Regulae Societatis Iesu ». Comparanti indicem Constitutionum in decem partes divisarum cum indice libri Regularum, quem paulo superius transcripsimus, statim apparebit magna diversitas in modo quo res in his duobus operibus disponuntur. Partes singulae Constitutionum inter se tamquam membra unius eiusdemque corporis dependent; Regulae vero aliae ab aliis independentes sunt, nec nexu aliquo organico iunguntur, ita ut variis modis dispositae edi possint. Materia, quamquam non raro eadem est, in Constitutionibus exponitur modo generaliore, in Regulis vero, modo magis concreto et particulari. Ideo natura sua Constitutiones magis diuturnae sunt quam Regulae. Si sermone moderno loqui liceat, Constitutiones Societatis Iesu sunt velut Lex fundamentalis (« Constitutio ») alicuius civitatis vel populi; Regulae aequiparantur legibus secundariis (Regolamenti, Reglamentos, Réglements) ad Constitutionem in usum deducendam.

Illud etiam notare oportebit, regulas singulorum officiorum divisas esse generatim in parvas paragraphos, quae non raro « regulae » vocantur; ita loquimur v. gr. de regula quinta sacerdotum, de regula quarta ianitoris, etc.

Novimus profecto vocabula « constitutiones », « regula », « regulae », in diversis Ordinibus religiosis vario modo usurpari; sed in nostris documentis de regulis Societatis Iesu, quas edere intendimus, modo superius exposito ea adhiberi certum est [10].

---

[10] In periodico *Commentarium pro religiosis et missionariis* 17 (1936) et 18 (1937) sub titulo: STUDIA CANONICA: *Regulae et particulares Constitutiones singularum Religionum ex iure Decretalium usque ad Codicem*, conatus est P. Philippus Maroto, C. M. F. accurata tractatione investigare quid proprie significet verbum « Regula » singulari numero, in antiquissimis Ordinibus religiosis: l. c. 17 (1936) 354-361; 18 (1937) 26-32,

CAPUT II

QUAEDAM DE LEGISLATIONE ORDINUM RELIGIOSORUM ANTE SOCIETATIS IESU FUNDATIONEM

In Prolegomenis editionis historico-criticae Constitutionum Societatis Iesu (MI, *Constit.* vol. I, pp. CLXXX-CXCI, et vol. II, pp. CCV-CCXXI) actum est de influxu, plus minus probabili, quem legislatio antiquorum Ordinum religiosorum in legislationem Societatis Iesu habere potuit. Ibi auctoris mens *Constitutiones* magis respiciebat quam *Regulas*. Nos hoc loco historiam integram legislationis Ordinum religiosorum in examen revocare minime intendimus, sed ex ea aliqua tantum excerpere, ex quibus appareat quaenam fuerit vel esse potuerit cognatio inter illam et *Regulas* Societatis Iesu [11].

1. — Regula Sancti Pachomii

Primus vitae coenobiticae fundator et legislator habetur S. Pachomius (circa ann. 292-346, in Aegypto). Regula quae illi tribuitur, prout nobis cognita est ex versione latina S. Hieronymi (ex textu enim originali copto et ex versione graeca pauca tantum fragmenta nota sunt), ex quatuor constat tractatibus (qui CXCII paragraphos continent). Sunt autem: *Praecepta, Praecepta et Instituta, Praecepta atque Iudicia, Praecepta ac leges*. Nullus apparet ordo dependentiae aut coordinationis inter hos tractatus; nec dici potest utrum

---

97-106, 164-174. Quid significet verbum « Constitutiones » in illis Ordinibus, qui retenta « Regula » antiquiore, ei addiderunt « Constitutiones »: l. c. 17 (1936) 354-361; 18 (1937) 244-269, 334-356. Quid sint « Constitutiones » in illis Ordinibus religiosis recentioribus, qui antiquiorem « Regulam » non retinuerunt: 18 (1937) 248-250. Tandem quid sint « Regulae », numero plurali, in Ordinibus modernis, qui praeter Constitutiones habent etiam « Regulas », ut Societas Iesu, et multi alii: 18 (1937) 32-36.

[11] Opera a nobis inspecta suis locis citamus. Opera generalia quae praecipue adhibuimus, sunt: Holsten-Brockie, *Codex Regularum Monasticarum et Canonicarum*. — M. Heimbucher, *Die Orden und Kongregationen der katholischen Kirche*, 2 vol. 1933, 1934. — C. Mazón S. I., *Las Reglas de los Religiosos. Su obligación y naturaleza jurídica*. Roma, 1940. — De Regulis antiquorum Ordinum, quas S. Ignatius eiusque praecipuus in hac re adiutor, vel certo vel probabiliter legit, vide MI, *Constit.* I, Prooemium, cap. secundum, art. XV, pp. CLXVIII-CXC; *Constit.* II, Prol. c. X, pp. CCV-CCXXI.

scripti sint ad opus unum conficiendum, an unus post alium additus, prout res ferebat.

Ex Regula Sti. Pachomii et ex vitis eius antiquis apparet coenobia ab ipso fundata ab uno Rectore supremo administrata esse, qui in versione latina *Pater monasterii* plerumque vocatur, et aliquotiens *Princeps monasterii* (v. g. nn. 8, 21, 24, 25 etc.); incolas vero coenobii, divisos secundum diversas artes mechanicas, quas exercebant, habitasse in diversis domibus intra ambitum coenobii. Qui unicuique ex his domibus praeerat, vocabatur *Praepositus domus*. Huic aderat *Secundus*, qui illius vices gerebat vel eum adiuvabat. Coenobia varia efformabant unam veluti *Provinciam*, vel *Congregationem*, nostro communi dicendi modo, quae semel aut bis in anno in congregationem (vel Capitulum) conveniebant. Multi officiales in Regula nominantur: ianitor, dispensator, hortulanus etc., sed normae ad illa officia exercenda in Regula generatim non traduntur. Haec Regula potius quam Constitutionibus S. Ignatii assimilari potest *Regulis communibus* anni 1549 (Mon. 44) aut *Additis regulis communibus* (Mon. 72).

In n. 49 habetur brevis tractatus de candidatis excipiendis, similis nostro *Officio Examinatoris* (Mon. 79); in n. 51-52 quomodo excipiendi hospites; in n. 53 quomodo cognatorum visitationes accipiendae; in nn. 54-55 quibus cautelis propinquos aegrotantes invisere possint monachi. Multa praecepta propria sunt illorum coenobitarum aegyptiorum; sed mirum est quod bene multae ordinationes similes illis quae in nostris regulis communibus sunt ibi iam inveniuntur. In n. 169 est longus catalogus defectuum a quibus Praepositus se custodire debet [12].

Nullibi invenimus Regulam Sti. Pachomii notam fuisse S. Ignatio aut eius collaboratoribus. Versionis latinae huius regulae duae exstant recensiones, maior et minor. Haec primum typis edita est Romae anno 1575, saepius postea, et inveniri potest apud Migne, *Patr. lat.* vol. 49. Recensio maior primum edita est etiam Romae an. 1661, saepius postea. Invenitur apud Migne, P. L. vol. 23. Denique anno 1932 Regulae editionem criticam vulgavit Bruxellis Dom. Amand Boon, sub titulo *Pachomiana latina*. In hac editione typis exprimitur recensio maior, et in infimis paginis, in apparatu secundo, variantes recensionis minoris.

---

[12] De S. Pachomio possunt consuli Heimbucher, *Die Orden*, I, § 8, p. 77 sqq.; Mazón, *Las Reglas de los Religiosos*, pp. 22-26; et multi alii auctores ibidem citati; F. Halkin, S. I. qui anno 1932 edidit Bruxellis. *Les Vies grecques de S. Pachome*. Videri etiam potest: Marcel Viller - Karl Rahner, *Aszese und Mystik in der Väterzeit* (Freiburg i. Br. 1933), cap. V, § 15, *Pakomius und die ägyptischen Cönobiten*, pp. 90-96.

2. — S. Basilius Magnus (ca. 331-379).

Duae Regularum series ei tribuuntur, quae in versione latina dici solent *Regulae fusius tractatae* et *Regulae brevius tractatae*. Regulae fusius tractatae continentur 55 capitulis, quae dicuntur *Interrogationes* et *Responsiones* (quamvis in multis interrogativa forma non appareat). Tractant de multis rebus ad vitam coenobiticam pertinentibus, quarum dispositionis ordo non clare apparet. In forma nihil commune cum nostris Regulis habent. Praecepta non simpliciter proponuntur, sed ex ratione et praecipue ex Sacra Scriptura ea probare et illustrare conatur auctor. Regulae 25-27 et 43, quae de Praeposito agunt, et Reg. 44 quae agit de Vicepraeposito, aliquam similitudinem cum Rectoris officio habere videntur.

Regulae brevius tractatae 313 brevibus interrogationibus et responsionibus continentur. Minus adhuc in his Regulis quam in aliis ordo servari videtur. Vide primas interrogationes: 1. *An liceat aut expediat cuipiam, ut sibi permittat aut facere aut dicere quae bona putat, citra testimonium divinarum Scripturarum.* 2. *Qualem professionem a se mutuo exigere debent, qui simul secundum Deum vivere volunt.* 3. *Quomodo convertemus peccantem, aut quomodo erga eum qui se non convertit, affici debemus* ...

Nescimus utrum notae fuerint S. Ignatio vel P. Polanco necne; illas latine redditas legere potuerunt in editione lugdunensi a.1540 [13].

3. — S. Augustinus

In Regula Sti. Augustini monasterii incolis praecipitur, aut suadetur: « ut unanimes sint, ita ut sit illis anima una et cor unum;

---

[13] Cf. *S. Basilii opera omnia*, opera et studio Domni Juliani Garnier. Editio parisina altera, emendata et aucta. Parisiis, apud Gaume Fratres, bibliopolas. MDCCCXXXIX. Tres tomi divisi in duas partes. Regulae fusius tractatae sunt in tom. II, parte prima, pp. 457-561. Regulae brevius tractatae in eodem tom, part. II, pp. 563-753. Opera S. Basilii sunt apud Migne, *P. G.* 29-32. In *P. G.*, sed solum latine, in vol. 17-18. Quaedam opera S. Basilii, inter quae numerantur Regulae, edita fuerant iam latine Lugduni in Gallia a. 1540 sub hoc titulo: *Divi Basilii Magni archiepiscopi caesareensis Moralia, Ascetica magna, Ascetica parva, Adamo Fumano interprete*. Cf. MHSI, Mon. Ign., *Const.* II, p. CCXV, annot. 50. Cf. Bardenhewer, *Patrologia*, § 67, Basilio il Grande, n° 6. Opere ascetiche; Heimbucher, *Die Orden*, I, § 10, p. 91 sqq.; Mazón, *Las Reglas de los Religiosos*, p. 37 sqq.; *Dictionnaire de Spiritualité*, I, coll. 1273-1283 (G. Bardy); H.-U. von Balthasar, *Die Grossen Ordensregeln*, 29-31.

— ut omnia sint communia, et cuique secundum necessitatem distribuantur; ut qui bona in saeculo habebant, velint ut nunc sint ea communia; qui non habebant, non quaerant quae in saeculo non habere potuerunt; omnes autem, tam ii qui divites quam qui pauperes erant, humilitatem sectentur; — ut in oratorio reverentia servetur, et orationi externae, interna societur; ut caro orationibus et ieiuniis dometur, nec extra horam prandii cibum a sanis sumatur; ut lectioni ad mensam attenti sint; — nemo infirmis aut debilioribus, si forte melius in mensa et in vestitu tractantur, invideat; ut aegrotorum et convalescentium cura habeatur, qui cum sani iam facti sint, communem vitam sectentur; et illi ditiores aestimentur, qui in sustinenda parcitate fuerint fortiores; ut vestes pretiosas non appetant; simul cum aliis ambulent; modestiam in omnibus servent; ne oculos in personam alius sexus defigant; et pudicitiam coram Deo omnisciente servare contendant; delinquentes, cautelis adhibitis, corrigant; et eos qui corrigi non possunt e societate eiciant; ne quis litteras aut munera occulte accipiat; ut vestes in commune habeantur et ab uno vel duobus custodiantur, et cuique secundum necessitatem tribuantur; — ne quis de veste sibi data obloquatur; – ut opus in commune fiat; et res communes magis quam propriae curentur; ut quae a parentibus aut cognatis alicui offerantur, in communem usum accipiantur; ita ut si quis rem donatam celaverit, furti iudicio condemnetur; vestimenta secundum praepositi iudicium laventur; sic etiam corpora, quando medicus iudicaverit, cui aegrotus oboedire debet; ut famulo Dei infirmitatem proferenti credatur; sed in dubiis remediis medicus consulatur; ut ad balnea, vel alio, minus quam duo vel tres non eant; ut aegrotantium cura alicui commendetur; ut qui vestibus aut codicibus praeponitur, sine murmure serviat fratribus; ut codices certa hora solum dentur; vestimenta et calceamenta quando quis opus eis habuerit; ut lites evitent et cito praecidant; ut qui alium offenderit, satisfactionem quam primum det; et offensus cito remittat offensam; ut qui invicem se laeserint, cito reconcilientur, qui enim non vult veniam petere, sine causa est in monasterio, etiamsi inde non proiciatur; ut verbis durioribus parcant, nisi ob disciplinae servandae necessitatem; ut dilectio non sit carnalis, sed spiritualis; ut praeposito et presbytero, qui omnium curam gerit, oboediatur; et honor ei tribuatur; qui non potestate, sed charitate regere conetur, et bono exemplo aliis esse; inquietos corrigere, pusillanimes consolari, infirmos suscipere, patientem esse ad omnes; amari magis quam timeri appetat; ut regula semel in hebdomada legatur; et pro adimpletione gratiae Deo agantur; et ubi sibi quicumque videt aliquid deesse, doleat de praeterito, caveat de futuro; orans ut ei debitum dimittatur, et in tentationem non inducatur. Aliqua his similia in Regulis Societatis inveniuntur.

S. Ignatius de Loyola, vel P. Polanco, nonnulla ex Regula S. Augustini in suis annotationibus excerpsit. Vid. MI, *Constit.* I, 275-76; II, p. CCVI[14].

4. — Ioannes Cassianus (ca. 360-435)

Ioannes Cassianus, incerto loco natus circa a. 360, peragratis regionibus Mesopotamiae, Syriae, Palaestinae, Aegypti, ubi monachorum mores attente consideravit, duo monasteria Massiliae, in Gallia, ubi circa a. 435 sancte obiit, fundavit. Ex Regula, quam illis donavit, pauca tantum et incerta remanent fragmenta; sed duobus praecipue scriptis operibus magnum influxum in theologiam asceticam et, plus minus directe, in legislationem Ordinum religiosorum in partibus Occidentis exercuit. Opera sunt: *De institutiis coenobiorum et de octo principalium vitiorum remediis libri XII*, et *Conlationes* XXIIII. In primis quatuor libris operis *De institutis* agit de monachorum vestibus, de modo psallendi et orandi, de horis tertia, sexta vel nona in partibus Syriae; de candidatorum probationibus, de renuntiatione rerum antea possessarum, de vestium mutatione, de primis probationibus sub noviciorum magistro, de conscientiae integra manifestatione, de perfecta oboedientia, de paupertate, de paenitentiis pro parvis aut gravibus defectibus, de lectione ad mensam alicubi inducta, de potu et cibo extra mensam non sumendo, de hebdomadariis servientibus in Palaestina

---

[14] Regula S. Augustini saepissime edita est non solum in editionibus Operum eius, sed initio Constitutionum complurium Ordinum religiosorum, qui eam sibi imposuerunt, v. g. Ordo Praedicatorum. Epistola 211 (scripta circa an. 423 ad monachas Hipponenses) ex qua *Regula* monachalis desumpta videtur, habetur apud Migne, *P. L.* 33, 958 sqq. Habetur etiam apud Conradum Kirch, S. I., *Enchiridion Fontium Historiae ecclesiasticae antiquae*. Edit. quarta (Friburgi Brisg. 1923) 437-445. Invenitur etiam in nova editione operum S. Augustini in collectione *Corpus scriptorum ecclesiasticorum latinorum*, vol. LVII.

Disceptatur utrum primum scripta fuerit pro feminis an pro viris; et, si pro feminis, quis eam viris adaptaverit. An ipse Augustinus? De Regula S. Augustini videsis Mazón, *Las Reglas*, p. 54 sqq. ubi multos auctores qui de ea egerunt invenies; *Dictionnaire de Spiritualité*, I, coll. 1126-1130: Saint Augustin législateur de la vie monastique. — Praeter hanc Regulam, quae nihil de ordine coenobii seu monasterii dicit, sed illum supponit, tribuitur S. Augustino alia Regula (brevissima etiam) in qua ordo monasterii proponitur (Disciplina monasterii). Textus recentissime de novo editus est in opere: *Santo Domingo de Guzmán visto por sus contemporáneos*. Madrid, 1947 (BAC), pp. 825-826, nota 36. In hoc opere, p. 822 sqq. citantur editiones recentiores, et diversae opiniones discutiuntur.

et Mesopotamia, de Abbatum Ioannis, Mucii, Pynuphii, aliorum exemplis, cur candidati tam diu probentur, de vitae religiosae excellentia et de modis ad eam consequendam. In reliquis libris huius operis agit de lucta contra octo pricipalia vitia: gastrimargiam (gulam), fornicationem, philargyriam (avaritiam), iram, tristitiam, acediam, cenodoxiam (inanem gloriam), superbiam.

In opere *Conlationes* narrat ea quae ab illis sanctis viris se audisse recordatur. Quod in primis quatuor libris *De institutis* exponit Cassianus, saepe dissimile nostris institutionibus est; sed magnae et solidae virtutes, ut oboedientia perfecta, etc., facile in omnium religiosorum regulas transire potuerunt. Sic, verbi gratia, quod S. Ignatius de Loyola praecipit, ut ad sonitum campanae ad aliquod opus vocantis etiam littera imperfecta relinquatur (quod a non paucis difficile intelligi potest) ita vivide a Cassiano narratur: « Itaque considentes intra cubilia sua et operi ac meditationi pariter impendentes, cum sonitum pulsantis ostium ac diversorum cellulas percutientis audierint, ad orationem scilicet eos seu ad opus aliquod invitantis, certatim e suis cubilibus unusquisque prorumpit, ita ut is, qui opus scriptoris exercet, quam repertus fuerit inchoasse litteram, finire non audeat; sed in eodem puncto, quo ad aures eius sonitus pulsantis advenerit, summa velocitate prosiliens, ne tantum quidem morae interponat, quantum coepti apicis consummet effigiem, sed imperfectas litterae lineas derelinquens, non tam operis compendia lucrave sectetur, quam oboedientiae virtutem exsequi toto studio atque aemulatione festinet. Quam non solum operi manuum, sed lectione vel silentio et quieti cellae, verum etiam cunctis virtutibus ita praeferunt, ut huic iudicent omnia postponenda et universa dispendia subire contenti sint, dummodo hoc unum in nullo violare videantur ». *De Instit.* lib. IV, cap. XII. Longam citationem transcripsimus, sed ita similis est huic ignatiana doctrina, ut haec ab illa pendere videatur.

P. Ignatius in epistola de oboedientia Cassianum citat, et eius adiutor P. Polanco assiduus Cassiani lector credebatur. Cf. *Polanci Compl.* II, 571 (8) [15].

5. — S. Benedictus (ca. 480-547)

S. Benedicti Regula monachorum (vel monasteriorum) post Prologum in quo Sanctus Patriarcha hortatur discipulum ad vitam

[15] De Cassiano videri possunt inter alios: Bardenhewer, *Patrologia* § 96, n° 1; Heimbucher, *Die Orden*, I, § 15, n. 2; pag. 131 sqq.; Mazón, *Las Reglas*, 75-76; *Dictionn. de Spiritualité*, II, coll. 214-276. — Cassiani opera typis iam edita sunt saeculo XV; invenire possunt apud Migne, *P. L.* 49-50, Edita critice a M. Petschenig, in CSEL. Vindobone, vol. 13 (1886, Collationes), vol. 17 (1888, De Institutis Coenobiorum).

religiosam amplectendam et in ea perseverandum, constat ex 73 capitulis. In primo agit de diversis generibus monachorum, in 2-3 de Abbate; in 4-7 de institutione catechistica et ascetica, de instrumentis bonorum operum, de oboedientia, de taciturnitate seu silentio, de humilitate (cuius duodecim gradus enumerat). Sequitur in capitulis 8-20 institutio liturgica choralis. Cap. 21 agit de decanis monasterii, qui delegatam curam Abbatis super monachos gerebant; capp. 23-27 de excommunicatione et exconumunicatis; cap. 28 de incorregibilibus; cap. 29 de admissione fugitivorum; cap. 30 de puerorum correctione (nihil de eorum educatione); cap. 31 de cellarario monasterii, qui cum nostro procuratore et oeconomo comparari potest. Non pauca alia monasterii officia, sed breviter tantum indicantur; notanda nobis praecipue de infirmis fratribus (c. 36), de hospitibus suscipiendis (c. 53); si debeat monachus litteras vel aliquid suscipere (c. 54); de disciplina suscipiendorum fratrum (cap. 58), quod nostro Examini, primae probationi et noviciatui, quodammodo aequivalet; de praeposito monasterii (priore), qui aliquam similitudinem cum nostro ministro habet; de ostiariis monasterii (c. 66).

Ex Regula S. Benedicti nonnulla in scriptis notarunt S. Ignatius, vel P. Polanco. Cf. sis MI, *Constit.* I, Proleg. p. CXC; II, p. CCXIII. In Regulas nostras influxus directus difficile inveniri potest [16].

6. — S. Bruno. Statuta Ordinis Cartusiensis

S. Bruno natus Coloniae circa a. 1030, anno 1077 saeculum reliquit, et 1084 Gratianopolim (Grenoble) cum paucis sociis venit, ubi S. Hugo, episcopus, eis montes desertos Cartusiae dedit, in quibus vitam magis eremiticam quam coenobiticam ducere coeperunt. Anno 1089 exeunte aut 1090 ineunte, S. Bruno, vocatus a S.

---

[16] Regula S. Benedicti saepissime edita est multis in locis. Dom. Anselmus M. Albareda, in opere *Bibliografia de la Regla benedictina* (Monestir de Montserrat, 1933) enumerat 902 editiones, sive textus latini, sive versionum. Cf. p. 435, et *Grafic cronológic-quantitatiu*, post p. 289. Postea aliae editiones factae sunt. Nuperrime praeclara editio in lucem prodiit: S. Benedetto, *La Regola. Testo, versione e commento a cura di D. Anselmo Lentini* (Montecassino, 1947). Inter editiones criticas celebrantur quae paratae sunt a Linderbauer (1922), et a D. Cuthberto Butler, Editio tertia, 1935.

De Regula S. Benedicti inter multos consuli possunt: Heimbucher, *Die Orden*, I, § 20, p. 59 sqq.; Mazón, *Las Reglas*, p. 44 sqq.; *Dictionnaire de Spiritualité*, I, coll. 1371-1387 et specialiter circa Regulam, coll. 1372-1388. Ad finem nobis propositum nihil interest quaestio recentissime adhuc agitata de Regulae origine, et eiusdem a Regula Magistri dependentia.

P. Urbano II, Romam venit. Non multo post in Calabriam profectus est, ubi 10 octobris 1101 supremum diem obiit. S. Bruno nullam regulam antiquam admisit, nec regulam aut Constitutiones a se scriptas reliquit; sed modum vivendi qui eius tempore et immediate subsequenti in Cartusia servabatur, descripsit viginti circiter annis post S. Brunonis mortem, anno 1127, B. Guigo, Cartusiae prior, in opere *Consuetudines Cartusiae*, quae Consuetudines quasi fundamentum legislationis Cartusianorum fuerunt. Anno 1259 R. P. D. Rifferius, prior, Consuetudines B. Guigonis perfecit, *Antiqua statuta* edens.

Tam in Consuetudinibus B. Guigonis, quam in Antiquis statutis, aliqua ordinantur circa complura officia domestica, v. c. *De visitatione aegroti* (cap. 12); *De ordinatione prioris* (cap. 15); *De procuratore Domus inferioris* (cap. 16); *De procuratore* (cap. 18); *De cura infirmorum* (cap. 38); *De coquinario* (cap. 46) [qui simul et ianitor et aedituus et custos vestium erat]; *De pistore* (cap. 47); *De sutore* (cap. 48); *De praeposito agriculturae* (cap. 49); *De magistro pastorum* (cap. 50); *De fratre qui sagmarios* [iumenta] *curat* (cap. 62); *De horto* (cap. 63). Horum religiosorum Institutum ita dissimile est a nostro, ut nihil inde in nostras Regulas manasse appareat. Placuit tamen illius mentionem facere, quia et S. Ignatius initio suae conversionis Cartusiae burgensis consuetudines legit, quae illi placuerunt; et postea inter Cartusienses colonienses, parisienses etc. et Societatem Iesu specialis amicitia fuit [17].

7. — Cisterciens

Ex amplissima arbore benedictina magnus ramus processit cisterciensis, ortus in monasterio dicto de *Cîteaux*, in dioecesi divionensi (Dijon) sub Abbate S. Roberto († 1110). Fuit nobilitatus praecipue a Sto. Bernardo (1090-1153), Abbate clarevallensi (de Clairvaux). Scopus Cisterciensium erat observatio integra, absque ulla mitigatione, Regulae S. Benedicti. Monasteria, quae illis se iungi volebant, *Chartam caritatis* sequi tenebantur. Cistercienses Regulam S. Benedicti *Consuetudinibus* auxerunt. Hae consuetudines, editae a Ph. Guignard, ex 121 capitulis constant, quorum maxima pars de re liturgica agit. Capitula 102 ad 121 de domestica disciplina verba faciunt. Aliqua iam in Regula S. Benedicti exstant,

[17] Cf. MI, *Fontes narr.* I, 378, et ann. 21; 753-755; 466, 753-761 et saepe in MI, *Epp.* De Cartusiae origine et institutis videri possunt: *Disciplina Ordinis cartusiensis, tribus libris distributa*, auctore R. P. D. Innocentio Le Masson. Nova editio (Monstrolii, 1894), pp. VI, 3-10; 50-147; 168; Heimbucher, *Die Orden*, I, § 49, p. 376 sq.; *Dictionnaire de spiritualité*, II, col. 705-710 (Saint Bruno): 710 sqq. (L'Ordre Cartusien).

sed hic magis explicantur. Si regulae singulorum officialium cum nostris, v. g. regulae *portarii* cum regulis nostri *ianitoris* conferantur, aliquae sententiae similes invenientur, sed verbis et modo valde diverso prolatae, ut nulla inter eas appareat dependentia [18].

Quamvis iam in Ordine benedictino et cartusiano, ut ex Consuetudinibus B. Guigonis constat [19], fuerit aliqua distinctio inter monachos et Fratres laicos seu conversos, haec distinctio maior facta est in Ordine cisterciensi, in quo non pauci ex his fratribus conversis bona temporalia monasteriorum curabant et non raro extra monasterium vivebant, et speciali cura Abbatis indigebant; unde factum videtur ut liber *Usus conversorum* ortum habuerit, ex 22 capitulis constans, et paulo post *Regula conversorum Ordinis cisterciensis* 16 capitulis, quae similis est libello Usuum [20].

8. — Canonici Regulares S. Augustini

Sub episcopo Vercellensi S. Eusebio, vita functo a. 371, in ea urbe quidam clerici communem vitam agere coeperunt; paulo post etiam S. Augustinus cum suis clericis vitam communem duxit. Medio saeculo VIII, S. Chrodegangus pro clericis qui in urbe Metensi (Metz) communem vitam agebant, Regulam composuit, in qua officia domestica pauca indicantur [21]. Saeculo XI, quidam clerici qui in communi vivebant sub Regula ex scriptis S. Augustini deprompta, tria vota paupertatis, castitatis et oboedientiae nuncupare coeperunt, atque ita vere religiosi facti sunt, qui *canonici re-*

---

[18] Cf. *Les Monuments primitifs de la Règle cistercienne* publiés d'après les manuscripts de l'Abbaye de Citeaux par Ph. Guignard, bibliothécaire de la ville de Dijon, correspondant du ministère de l'Instrution publique. Dijon, 1878. (Analecta Divionensia. *Documents inédits pour servir à l'Histoire de France et particulièrment à celle de Bourgogne, tirés des Archives et de la Bibliothèque de Dijon. Dijon,* MDCCCLXXVIII). Vide etiam Heimbucher, *Die Orden*, I, § 46, p. 330 sqq.; Mazón, *Las Reglas*, p. 52; F. Mahn, *L'Ordre cistercien* (Paris, 1945). Circa originem ordinis cisterciensis vide scripta Dom. Othon in *Revue Mobillon*, 22 (1932) 233 sqq.; 23 (233), De *Charta caritatis*, vide Mazón, l. c. 110-113; et Mahn, l. c., 60-70.

[19] Cf. cap. XLII sqq.; LXXII sqq. (*Disciplina Ordinis Cartusianorum*, pp. 119 sqq. 136 sqq.).

[20] Liber *Usus conversorum* editus est apud Ph. Guignard, l. c., pp. 276-287. *Regula Conversorum* edita est apud E. Martene et U. Durand, *Thesaurus novus anecdotorum*, tom. IV (Parisiis, 1717). Ut superius diximus, potius quam *Regulae* sensu moderno dicendae sunt Constitutiones generi illi simplici religiosorum accommodatae, ut ex earum textu cum Regula Cisterciensium comparato apparet.

[21] Vide sis eam apud Holsten-Brockie, *Codex Regularum*, II, 104.

gulares S. Augustini nomen acceperunt. Eorum Regula, ex decem capitulis constans, nihil de officiis domesticis profert [22]. Non multo post Regulae S. Augustini Constitutiones additae sunt, plus minus diversae secundum varias Congregationes in quas canonicorum capitula coacta sunt. In his Constitutionibus normae ad complura officia domestica rite peragenda dantur. In Regula (Constitutionibus) B. Petri de Honestis (+ 1119) pro canonicis regularibus ecclesiae Portuensis (prope portum Ravennae) edita saeculo XII, in lib. II, exstant capitula *De aegrotantibus et morientibus, De custodia infirmorum qui invalescunt;* et in lib. III *De Praeposito, De sacrista, De camerario, De cellerario, De refectorio et refectorario, De vesterario, De procuratore rerum exteriorum, De custode rerum dia infirmorum qui invalescunt;* et in lib. III *De Praeposito, De claustro et porta canonicorum custodienda, De colligendis hospitibus, Quod absentibus Priore et Praeposito, minores praepositi vices eorum supplere debeant, Quod ex his ad majorem praeceptorum observationem ascendere, et vitae perpetuae gaudia percipere quis valeat.* In hoc capite commendatur statutorum observantia, et magna tribuitur Priori potestas ad illa interpretanda, et circumstantiis accommodanda: « ... verum in his et in omnibus, quodcumque Prior secundum Deum in anima vel in corpore expedire vel non expedire, prodesse vel nocere uni vel omnibus prospexerit, concedendi, vel jubendi, auferendi vel prohibendi, et quaeque necessaria dicendi vel statuendi potestatem habebit » [23].

Inter canonicos regulares S. Augustini non infimum locum tenuit Congregatio Sanctae Crucis conimbricensis. Huius Congregationis statuta reformata anno 1527 a Blasio de Braga, visitatore, ordinis Sancti Hieronymi ulisiponensis, typis edita sunt anno 1558. Nihil tamen impedit quominus manuscripta potuerint a nostris, praesertim a P. Simone Rodriguez, cognosci. Re vera Regulae P. Simonis Rodriguez ab his statutis nihil pendere videntur. In his quae de peccatorum confessione statuunt satis similia sunt. Dicunt enim omnes fratres semel saltem in hebdomada peccata Priori confiteri debere. (Part. II, cap. III) Communionis dies erant primus dies dominicus cuiusque mensis et dies festi quidam sollemniores [23b].

---

[22] Origo canonicorum regularium S. Augustini est adhuc aliquantulum obscura. Sequimur narrationem HEIMBUCHER, *Die Orden* ... I, 392 sqq., ubi et compendium Regulae et multi auctores qui de hac re scripserunt inveniri possunt.

[23] Hae Constitutiones videri possunt apud HOLSTEN-BROCKIE, *Codex Regularum*, II, 139-174.

[23b] De Congregatione Stae. Crucis Conimbricensis, cf. HEIMBUCHER, I, § 54 (9), et Statuta praedicta, part. II, cap. III.

9. — Ordo Fratrum Praedicatorum

Ordo Fratrum Praedicatorum a S. Dominico de Guzmán (a. 1221 vita functo) fundatus, Regulam S. Augustini sibi assumpsit, et propriis Constitutiones (post fundatoris mortem perfectas) addidit[24]. Constitutiones (prout erant medio saeculo XVI) in duas *Distinctiones* dividuntur, quarum prima *viginti* constat capitulis: 1. *De officio ecclesiae* — 2. *De inclinationibus.* — 3. *De suffragiis mortuorum.* — 4. *De ieiuniis.* — 5. *De cibo.* — 6. *De collatione.* — 7. *De infirmis.* — 8. *De minutione.* — 9. *De lectis.* — 10. *De vestitu.* — 11. *De rasura.* — 12. *De silentio.* — 13. *De recipiendis.* — 14. *De novitiis et eorum instructione.* — 15. *De professione.* — 16. *De levi culpa.* — 17. *De gravi culpa.* — 18. *De graviore culpa.* — 19. *De gravissima culpa.* — 20. *De apostatis.*

Distinctio secunda decem et octo capitula habet:

1. — *De Domibus concedendis vel construendis.* — 2. *De electione Prioris conventualis et institutione Supprioris.* — 3. *De electione Prioris provincialis.* — 4. *De electione Magistri ordinis.* — 5. *De electione Definitorum capituli generalis et provincialis.* — 6. *De capitulo quotidiano.* — 7. *De capitulo provinciali.* — 8. *De capitulo generali.* — 9. *De solemni celebratione capituli.* — 10. *De capitulo generalissimo.* — 11. *De visitatoribus capitulum.* — 12. *De Praedicatoribus.* — 13. *De itinerantibus.* — 14. *De studentibus.* — 15. *De conversis.* — 16. *De certis detractionibus et singularitatibus vitandis.* — 17. *Constitutiones D. Bonifacii Papae Noni.* — 18. *Constitutio D. Alex. PP. VI. de Electione Magistri Ordinis.*

Praeter non pauca quae in capitulis primae *Distinctionis, De infirmis, De silentio, De recipiendis, De novitiis et eorum instructione;* et in capitulis secundae *Distinctionis,* De *itinerantibus, de studentibus, de Conversis* continentur, similia his quae apud nos dicuntur *Regulae,* Frater Humbertus de Romanis, qui quintus Magister generalis Ordinis ab anno 1254 ad 1263 (+ 1274) fuit, inter alia praeclara opera scripsit: *Liber de Instructione officialium*

---

[24] De origine et evolutione legislationis in Ordine Fratrum Praedicatorum multos auctores citatos invenies apud Heimbucher, *Die Orden,* I, 469 sqq.; 474 (n° 9), et apud Mazón, *Las Reglas,* 59 et annot. 90 et 100. Quid certo, vel cum magna probabilitate ex primitivis constitutionibus a S. Dominico scriptis conservetur, inveniri potest apud Mandonnet-Vicaire, *Saint Dominique,* II, 203-292; et apud *Santo Domingo de Guzmán visto por sus contemporáneos,* 833-849; 859-907. Nos usi sumus editione romana Regulae Beati Augustini et Constitutionum Ordinis Praedicatorum anni 1566. De relatione inter Constitutiones O. P. et Constitutiones S. I., videsis MI, *Constit.* II, pp. CCIX-CCXIII.

Ordinis Fratrum Praedicatorum. In prologo huius operis dicit esse apud illos in universum « quadraginta septem genera officialium », scilicet: *Magister Ordinis / Prior Provincialis / Prior conventualis / Supprior / Magister novitiorum / Magister conversorum / Corrector familiae / Cantor / Succentor / Sacrista / Lector / Magister studentium / Librarius / Curam gerens de scriptis / Examinator / Circator / Custos dormitorii / Portarius / Depositarius / Procurator / Eleemosynarius / Refectorarius / Servitor mensae / Lector in mensa / Corrector in mensa / Infirmarius / Custos infirmorum / Receptor hospitum / Coquinarius / Custos cellarii / Vestiarius / Sartor / Sutor / Praefectus operum / Hortulanus.* Sunt insuper alii quibus Ordo non indiget continue, sed in casibus et ad tempus, ut sunt: *Definitor generalis capituli et socius eius / Elector Magistri Ordinis / Elector Prioris provincialis / Definitor capituli provincialis / Visitator / Praedicator generalis, et Socius Prioris conventualis ad Capitulum et Confessor.*

De his omnibus officiis totidem capitulis late prudenterque agit. Notanda sunt quae ad Prologi finem dicit: « Item ubi paucitas est Fratrum, solent plura officia iniungi uni, et tunc ipsius interest omnia quae pertinent ad illa exequi ». Tandem ita Prologum concludit: « Ista quae scripta sunt de Officiis Ordinis, non sunt scripta ad hoc, quod inferant aliquam necessitatem; sed ad hoc tantum, ut Fratres quibus imponuntur aliqua officia, et non sunt in illis plene instructi, possint hic respicere, si velint; et si aliquid ibi invenitur, quod eis rationabile videatur, possunt acceptare, si volunt: alioquin in nullo tenentur ex vi huiusmodi scripturae; propter quod dicuntur Instructiones ». Non sunt itaque Regulae, quae proprie obligent [25].

10. — S. Franciscus

Regula S. Francisci Assisienis (1181-1226) ab Honorio III die 29 novembris 1223 approbata, quae Regula tertia dicitur, eiusque testamentum, aliaque documenta legislationis antiquae Ordinis Fratrum Minorum, a S. Ignatio de Loyola eiusque adiutore Polanco, perpensa sunt et extracta (ca. ann. 1548-1549) antequam definitivae Constitutiones et Regulae Societatis scriptae essent, ut clare constat ex *Dubiis Polancianis* in MI, *Constit.* I, 276-294 editis, et in pp. CLXXXII-CXC discussis, et II, p. CCVII. Quid vero horum do-

[25] Opus hoc R. P. Fratris Humberti inveniri solet post Constitutiones Ordinis Fratrum Praedicatorum. Prae oculis habemus editionem romanam anni 1566; sed exstant editiones plurimae his anteriores, v. g. Mediolani, 1505, Venetiis, 1507, Lugduni, 1515, Mediolani, 1525 etc. Cf. sis opus *Scriptores Ordinis Praedicatorum* ... Inchoavit R. P. F. Jacobus Quétif ... absolvit R. P. F. Jacobus Echard, I (Lutetiae Parisiorum, 1719), p. 146, n. 4.

cumentorum proprium, quod non iam in aliis Ordinibus praecedentibus fuerit, in nostras Regulas transierit, difficile omnino est definire [26].

11. - Fratres Vitae Communis

Ad finem vergente saeculo XIV, congregatio piorum hominum, ex sacerdotibus, clericis et laicis constans, in Hollandia fundata est, qui non adstricti votis religiosis proprie dictis, coenobiticam tamen vitam agebant, sive iuventuti in litteris et bonis moribus institutioni, sive aliis bonis operibus, ut libris exscribendis, dediti. Per Flandriam et inferiorem Germaniam praesertim propagati sunt. Dicti sunt vulgo Hieronymiani, Gregoriani, Fratres vitae communis (*Fraterherren*). Domus singulae, licet legibus valde similibus regerentur, iter se independentes erant. Post domum anno 1384 in urbe Deventer erectam, eodem anno fundata est domus in urbe Zwolle, cuius Constitutiones, seu Consuetudines, typis excusae sunt Basileae a. 1494, in opere *Reformatorium vitae morumque et honestatis clericorum* a Iacobo Philippi. Fratres vitae

---

[26] *Extracta Polanciana* certo desumpta sunt ex *Regula III Sti. Francisci*, ex eius *Testamento*, ex *Expositione regulae a S. Bonaventura facta*, ex *Statutis Martinianis*, in MI, *Constit.* I, pp. CLXXXVII-CXC. Quae ex *Constitutionibus Narbonensibus* extracta ibi dicuntur, P. Michael Bihl, O. F. M. apud *Archivum Franciscanum historicum*, 27 (1934) 602-604 probare conatus est, non ex *Narbonensibus*, sed ex statutis *Assisiensibus* (quae anno 1911 in periodico *Arch. Franc. historicum*, pp. 276-302; et 508-526 edita sunt) aut illis simillimis desumpta esse. Ad scopum nobis praefixum parum interest utrum *Extracta Polanciana* ex statutis Narbonensibus, an ex Assisiensibus facta fuerint. Sed neque P. Bihl ostendit quid ex illis in leges Societatis Iesu transierit. Textus authentici legislationis antiquae O. F. M. recenter de novo editi sunt, praecipue a collegio Scriptorum S. Bonaventurae ad Aquas Claras (Quaracchi) prope urbem Florentiam.

Regula Fratrum Minorum, in bulla Honorii III, 29 novembris 1223, contenta, edita est in opere « Seraphicae legislationis textus originales, jussu Rmi. Patris Ministri Generalis totius Ordinis Fratrum Minorum in lucem editi ». Ad Aquas Claras prope Florentiam. Ex typographia collegii S. Bonaventurae, 1897.

Testamentum Sti. Francisci invenitur ibidem.

Exposito super Regulam Fratrum Minorum, simul cum textu Regulae tertio iam edita est in opere *Selecta pro instruendis Fratribus Ord. Min. / Scripta S. Bonaventurae una cum libello Speculum Disciplinae*. Ad Aquas Claras (Quaracchi) 1942.

Statuta Martiniana, secundum P. Bihl, l. c. p. 601, potius quam ex Annalibus Waddingi (X^2, 152-61) citari debuissent ex opere Mich. de Napoli, *Chronologia hist. legal. Ord. Minorum*, I, Neapoli, 1650, pp. 90-97, et partim in novissima editione ap. Bullar. Franc. N. S. I, ad Aquas Cl, 1929, 3-11.

communis non pauca in suis Constitutionibus habebant, quae postea in Religionibus clericorum regularium inveniuntur. Quod ad Regulas attinet, in Costitutionibus Domus Zwollensis habentur capita specialia De Rectore, De Procuratore, De librario, De vestiario, De infirmario. Sequitur caput: *De aliis officiis*, ubi dicitur: « Sunt alia officia in domo nostra, videlicet coci, et adjutoris ejus, emptoris, hospitalarii, pistoris, braxatoris, et sartoris, et si que alia, quorum duo vel tria, secundum quod convenit, aliquando uni persone committuntur » De his dicitur illarum regulas posse a Superiore peti, licet hic non typis impressae sint [27].

12. — Clerici Regulares

Saeculo XVI, ante Societatis Iesu fundationem, ortae sunt in Italia quaedam societates (Compagnie) clericorum, qui se votis religiosis paupertatis, castitatis et oboedientiae adstringebant, et vitam in communi agebant. Vocati sunt *Clerici regulares*. Tres praecipuae huiusmodi societates fuerunt. 1. Clerici regulares, fundati a S. Caietano Thiene (1480-1547) et Ioanne Petro Carafa (1476-1559), quibus paulo post sese iunxerunt Bonifatius da Colle (m. 1558) et Paulus Consiglieri (m. 1557). Haec societas approbata est primum a Clemente VII, die 24 iunii 1524, et definitive 7 martii 1532. Dicti sunt aliquando *Caietani* a primo fundatore, tum *Chietini* ab urbe Chieti, cuius episcopus fuerat Carafa, denique *Theatini*, ab eadem urbe, quae communiter sermone latino dicebatur Theate.

2. Secunda societas clericorum regularium est *Ordo S. Pauli Decollati*, cuius socii paulo post *Barnabitae* dicti sunt, a templo S. Barnabae, quod Mediolani habuerunt. Eius fundatores fuerunt S. Antonius Maria Zaccaria (1502?-1539), Bartholomaeus Ferrari (1499-1544), Antonius Morigia (1497-1546). Societas primum approbata est a Clemente VII die 18 februarii 1533.

---

[27] Conditor *Fratrum Vitae communis* generatim habetur Gerardus Groote. Cf. Heimbucher, *Die Orden*, II, 552-560. (Anhang, *Die Ordenähnliche Vereinigungen*. § 159: *Die Brüder vom gemeinsamen Leben oder die Fraterherren*). Aliqui dicunt Gerardum Groote non fuisse proprie auctorem, sed solum eis viam praeparasse. Videsis *Nouvelle Revue Théologique*, 54 (1927) 751-754. Alii auctores recentiores qui de hac regerunt, enumerantur ab L. Halkin, *Les Frères de la Vie commune de la Maison Saint Jérôme de Liége* (1495-1595) apud *Bulletin de l'Institut archéologique liégois* 65 (1945) 5 sqq. Consuetudines Domus Zwollensis iterum editae sunt a Dr. M. Schöngen in opere: *Jacobus Trajecti alias de Voecht: Narratio de inchoatione Domus clericorum in Zwollis* (Amsterdam, 1908) pp. 273 sqq. Consuetudines Domus Deventriensis e cod. ms. antiquo edidit Hyma, *The christian Renaissance* (New York, 1925), pp. 440-476.

3. Tertia clericorum regularium societas nominanda est quae ab oppido ubi initium habuit dicitur *de Somasca*. Eius institutor fuit S. Hieronymus Aemilianus (Miani, 1481-1537), qui societatem a. 1532 fundavit, ut orphanis pueris praesertim auxilio esset. Regulam Sti. Augustini sibi propriam fecit.

Hae tres societates clericorum Regularium, paulo ante Societatem Iesu (a. 1540 institutam) fundatae, suas *Constitutiones* scriptas habuerunt, in quibus aliqua commemorantur officia domestica, sed nullibi inventae sunt *Regulae* scriptae ante a. 1546 nec a. 1549, quando primas suas Regulas P. Simon Rodriguez et S. Ignatius ediderunt. Dici (ni fallimur) potest Regulas clericorum Regularium nullum aut levissimum influxum habuisse in Regulas Societatis Iesu [28].

13. — Collegia Parisiensia

S. Ignatius de Loyola eiusque primi socii in parisiensi Universitate per aliquod tempus studiis litterarum, philosophiae et theologiae operam dederunt. Constitutiones aliquorum collegiorum illius Universitatis illis notas fuisse obvium videtur. Methodum studiorum parisiensem in scholis Societatis Iesu magnum influxum habuisse fatentur omnes. Quidni etiam internae collegiorum constitutiones in domesticam omnem disciplinam? Statuta collegiorum Universitatis parisiensis, praeter ea collegii Montisacuti nos latent. Statuta seu ordinationes collegii Montisacuti, ubi per duo fere curricula (1528-1529) S. Ignatius humanioribus litteris studuit, typis edidit a. 1912 Marcellus Godet [29]. Statuta illa anno 1503 promulgata, post introductionem in qua ratio redditur institutionis illius communitatis, ex undecim capitulis constant. *Primum*, « in quo circa divinum cultum, quibus scilicet diei temporibus orationi vaccabitur, qualesve domino porrigentur preces, prestatur modulus ». Recitatio officii divini fiet sine cantu a quarta communitatis parte. Qui ad officium non surgunt, surgant hora tertia. Missa

---

[28] De Clericis regularibus vide sis Heimbucher, *Die Orden*, II, 96 sqq. De Clericis regularibus theatinis conferri potest scriptum D. F. Andreu, C. R., *La Regola dei Chierici Regolari nella Lettera di Bonifacio de' Colli a Gian Matteo Giberti* apud periodicum « Regnum Dei ». Analecta Ordinis clericorum Regularium (Theatinorum), 2 (1946) 38-53, ubi corriguntur aliqua quae sunt apud Heimbucher, l. c.; Mazón, p. 124.

De Barnabitis vide Premoli, *Storia dei Barnabiti nel Cinquecento* (Roma, 1913), pp. 15, 53, 399, 420. De Constitutionibus a S. Antonio Maria Zaccaria scriptis, ibid. 22-23 (n. 5) et 422-455 ubi earum textum edidit; qui ceterum non videtur unquam promulgatus.

[29] *La Congrégation de Montaigu* (1490-1580) par Marcel Godet (Paris, 1912). Statuta sunt in pp. 143-170.

semper dicetur hora sexta. Horae B. M. Virginis et aliae Horae minores possunt intra missam recitari.

Caput secundum de exercitio litterario agit. In hoc collegio convictores tum divites tum pauperes degebant, inter se separati. Praescribitur tamen ut in scholis exercitia eadem sint. Dabitur omnibus charta papyracea, calamus, atramentum, ut annotationes facere possint. Hora quarta excitator publicus singulas collegii cameras visitabit, et cunctos expergefaciens, lumen, si opus est, ministrabit, pulsum premittendo, et post excitationem replicando. Prima lectio artistarum ab hora quinta ad sextam, seu ad missam durabit; cui missae omnes assistere debent. [*Exponuntur alia litteraria exercitia*]. Nocte, hora septima cum dimidio se colligent, ut orationi et conscientiae examini vacare possint, et hora octava cubitum ire. Praeter cotidianas repetitiones, habentur disputationes publicae in hebdomada. [*De modo eundi ad scholas*]. Libros spirituales aliquos singuli apud se habeant.

Caput tertium. De refrenanda lingua. In eo agitur de silentio servando et de modo loquendi, quando loqui necesse sit. (Simili modo ac in nostris regulis communibus).

In capite quarto de habitu fit sermo; qui habitus aliquanto singularis erat. Omnia vestimenta semel in anno in feria VI Parasceves, recensebuntur. - Cum primum in collegium alumni venient, et postea bis in anno eis capilli tondentur.

In quinto capite, de modo frugaliter reficiendi, prohibetur usus vini (exceptis theologis et sacerdotibus) et usus carnium. Stabilitur benedictio mensae et gratiarum actio post mensam, et lectio ad mensam, quae attente audienda est. Theologi exhortationem durante prandio aliquando habebunt. Datur parvulis ientaculum (154).

Caput sextum agit de infirmorum cura, quae magna commendatur, tam animae, quam corporis. Qui infirmariam ingreditur, peccata confiteri debet. Nullus aegrotum sine venia inviset. (*Neque in Fratribus vitae communis, neque hic, de medico fit mentio*).

Caput septimum agit de ieiuniis et abstinentiis. Praeter ieiunia ab Ecclesia praescripta, multa alia imponuntur. « Omni praeterea tempore, feria sexta ieiunabitur ». Si in hebdomada alius ieiunii dies inciderit, fiet vesperi modica panis largitio. — Nullus pro arbitrio suo, sine superioris consilio, paenitentias, ieiunia, etc. sibi imponat.

Caput octavum de paenitentiis tam publicis, quam soli Deo cognitis agit. Commendatur frequens peccatorum confessio, et communio diebus festis sollemnibus Domini et B. Mariae Virginis; et his qui in choro officium canunt, confessio die sabbati et communio die dominico. Capitulum culparum publicum semel in hebdomada. [*De decanis et inquisitoribus* (syndicis)]. Poena imponenda illi qui iniuriis alium affecerit, incorregibilibus.

Caput nonum. De exercitio corporali. Omnes in culina servire debent vicissim (160), et in refectorio mensis ministrare. Artistae et supremi grammatici per ordinem in mensa legere. Ante lectionem panis bucellam sument. Permittuntur ludi honesti et rusticationes. Alumni pauperes possunt etiam ire ad rusticationem; non tamen tam crebro quam divites, nec cum illis, sed « quando convenire videbitur et opportunum ».

Caput decimum. De electione patris pauperum [*ita Superior appellabatur*], oeconomorum, discretorum et ceterorum officialium. Pendebunt a R. P. Priore Cartusiae parisiensis. Possunt etiam visitari a capitulo ecclesiae parisiensis. Pro fundatore principali singulis hebdomadis duae celebrentur missae. Prior Cartusiae « patrem pauperum » eliget et officiales. Pecuniae in arca reponantur tribus clavibus clausa. Ad finem complura enumerat officia, sed non scribit eorum regulas.

Caput undecimum. De formula receptionis pauperum, et quales se gerere debeant in paupertate. Ponitur quaedam examinis forma. Admissi stabilitatem promittere debent. Alia pulchre statuta.

In institutione sacelli inferioris pro divitibus praescribitur ut diebus sabbatis liberis dicatur missa de B. V. Maria.

Septies in anno solent in Universitate celebrari confessiones. Quolibet die dominico habeatur sermo ad populum. Ante confessiones fiet exhortatio de dispositione ad confessionem rite peragendam.

Ex hoc summario sive compendio Constitutionum collegii Montisacuti satis apparet quantum hae Constitutiones in materia et in forma a Regulis Patris Simonis Rodriguez et Sancti Ignatii, quas in hoc volumine edimus, differant. Multo magis adhuc a Constitutionibus St. Ignatii differre dicendae sunt. Quod quidem non obstat quominus in aliquibus rebus particularibus conveniant, quas uterque ex his quae Parisiis viderat, fortasse in suas Regulas induxit [30].

---

[30] Optabamus in compendium redigere statuta collegii Sanctae Barbarae ubi P. Ignatius, S. Franciscus Xaverius, B. Petrus Faber et alii S. Ignatii socii per longum tempus vixerunt; sed ea invenire non potuimus. Si quando scripta sunt, ignota videntur. Ipse QUICHERAT, qui collegii historiam tribus voluminibus scripsit, ea ignoravit; nam quando de studiorum ordine et vita interna collegii agere vult (vol. I, cap. IX et X, pp. 73-82; 83-92, 325-331) ad Statuta collegii Montisacuti, et ad opus Roberti GOULET: *Heptalogma seu septem pro erigendo gymnasio documenta* confugere coactus est. Neque P. Dudon ea novit, nam in opere *Saint Ignace de Loyola* (3ª edit. 1934) quando in lib. II, cap. IX, pp. 187-196, de studiis S. Ignatii in collegio Sanctae Barbarae agit, fere ex coniecturis narrationem intexuit.

CAPUT III

REGULAE P. SIMONIS RODRIGUEZ CUM REGULIS S. IGNATII COMPARANTUR

I. — Regulae P. Simonis Rodriguez

Condita Societate Iesu, antequam Pater Ignatius Constitutiones et Regulas generales et officiorum ederet, suas conscripsit P. Simon Rodriguez, unus e primis P. Ignatii sociis. Sub eius ductu constitutum erat anno 1542 collegium magnum scholasticorum Societatis in urbe conimbricensi, ut in illa Universitate studiis litterariis, philosophicis, theologicis operam darent, seque ad professionem in Societate Iesu emittendam praepararent. P. Simon, volens domesticam disciplinam recte ordinare, regulas ad id opportunas anno 1545 scripsit, easque anno 1546 publicavit. Harum regularum exstat unicum exemplum lusitanum antiquum, saeculi XVI, quod iam editum est apud nostra Monumenta Historica Societatis Iesu; sed ob earum regularum influxum in regulas Societatis Iesu, eas de novo edere cogitamus, simul cum versione latina coaeva inedita. Manuscripti accuratam descriptionem vide inferius. P. Simon Rodriguez praeter regulas officii rectoris, aliorum decem et octo officialium regulas constituit, quibus collegium sine scholis propriis, quale erat tunc conimbricense, regi poterat. Post regulas singulorum officialium scripsit P. Simon aliquas regulas omnibus communes seu « Regulam generalem » [31].

Quaeri potest utrum regulae patris Simonis Rodriguez originales sint, an desumptae ab alio Ordine religioso antiquiore. Quantum nobis videre licuit, dicendae sunt originales. Officia non pauca, sive eodem sive diverso nomine, v. c. Rectoris, Praepositi, Abbatis, Prioris, etc. inveniuntur in antiquioribus ordinibus religiosis sed regulae sunt diversae secundum materiam et formam, quamvis materia in eodem officio similis sit, ut rerum natura exigit. Cf. sis officium Rectoris Patris Simonis cum officio Praepositi a Sto. Basilio descripto in Regulis fusius disputatis, cap. 43: « Quales scilicet esse oporteat fratrum praefectos, aut quomodo suos contubernales gubernare debeant »; vel cum capite secundo Regulae S. Benedicti: « Qualis debeat esse Abbas », aut cum capite III Instructionis P. Fratris Humberti O. P. « De officio Prioris conventualis ». In Regulis P. Simonis nihil iam dicitur de choro, nec de sanguinis minutione statis temporibus; quae adhuc in usu erat apud Fratres vitae communis. In omnibus Ordinibus religiosis antiquis commendatur ma-

[31] Regulas Patris Simonis Rodriguez vide infra Mon. 4-32.

gna cura aegrotantium; sed si conferantur quae P. Simon dicit in officio infirmarii cum his quae sunt in cap. 36 Regulae S. Benedicti: « De infirmis fratribus », vel cum longa tractatione Fr. Humberti in cap. XXVIII « De officio infirmarii », vel in cap. sequenti « De officio servitoris infirmorum », cum « officio do Enfermeiro » in Constitutionibus et consuetudinibus Congregationis canonicorum regularium S. Augustini Stae Crucis Conimbricensis (part. I, cap. III), etc.; apparebit in omnibus esse aliqua communia, sed simul esse alia diversa valde, quae auctorum proprium ingenium produnt. Quae P. Simon de febribus periodicis dicit, in aliis non inveniuntur.

P. Simon, post regulas singulorum officiorum, Regulam Generalem, seu regulas omnibus communes scripsit. Simile quid posset dici de Regula Sti. Pacomii, quae ad officia particularia non descendit, et Regula Sti. Augustini. In antiquis Consuetudinibus Monasterii S. Jacobi de Monteforti, Canonicorum regularium, in dioecesi Macloviensi (Saint-Malo, in Gallia), cap. XXVIII « De multis in Monasterio vitandis », posset « Regula generalis, seu « communis » dici [32]. Regula generalis Patris Simonis fere nihil commune cum illo capite habet.

II. — Regulae Sancti Ignatii

Post Regulas Patris Simonis suo conimbricensi collegio, suas etiam dedit P. Ignatius, primum Domui romanae, tum toti Societati. Corpus regularum diversorum officiorum a Patre Ignatio editarum ante annum 1549 non novimus. Antea tamen aliquibus classibus sociorum proprias regulas dederat. Primae illae dici possunt quas sibi aliqui scholastici ad studia proficiscentes anno 1540, non sine consilio Patris Ignatii, ut obvium videtur, efformarunt (Mon. 1). Quae non pauca continent quae P. Simon in sua *Regra geral* postea inclusit, ut videri potest comparatis inter se Mon. 1 et Mon. 23. Anno 1546, antequam probabiliter regulae Patris Simonis Romam pervenissent, scripsit P. Ignatius *Instructionem pro collegio patavino*, in qua et studia et domesticus ordo (non tamen diversa officia) breviter ordinantur. In illa Instructione semen est et Rationis studiorum et Regularum communium (Vide Mon. 33). Ad idem genus pertinent *Statuta bononiensia* circa annum 1547 scripta (Mon. 36). Circa annum 1547 videntur scripta *Regla de casa* seu brevis ordinatio circa modum loquendi cum his qui sunt in prima probatione, et *Statuta pro noviciis*, quae edita sunt in primo vol. Mon. Constitutionum, pp. 206-209. Anno etiam 1547 scripsit P. Ignatius *Monita quaedam sacerdotibus et aedituo servanda*, quae in Mon. 39 edimus. P. Ignatius sive per se sive per adiutores, praesertim PP. Polanco et Nadal, non destitit regulas

[32] Apud Holsten-Brockie, *Codex Regularum*, II, 135 sqq.

a se editas perficere, et alias pro aliis officiis usque ad mortem addere, ut indicem nostri voluminis percurrenti manifestum erit.

III. — Regularum P. Ignatii et P. Simonis Comparatio earumque influxus in Regulas definitivas Societatis.

Quod superius de Regulis Patris Simonis Rodriguez diximus, potest eodem modo de Regulis Sti. Ignatii dici: si singulae considerentur, fortasse inveniantur in constitutionibus vel regulis Ordinum religiosorum praecedentium, sed alio modo dispositae et alio contextu, ita ut vere dici possit Regulas Sti. Ignatii esse originales, seu non ex aliis praecedentibus desumptas. Aliquae tamen regulae officiorum domesticorum videntur a regulis Patris Simonis Rodriguez pendere, quare brevem comparationem inter utrasque instituemus, ordinem P. Simonis secuti.

Regulae Rectoris. P. Simon post hortationem ad iungendam vitam activam cum contemplativa, Rectori commendat

1. ne superioris officio superbiat;
2. rigorositatem evitet, et amorem et caritatem ostendat;
3. benignum et mansuetum se praebeat;
4. humilem Christum semper ob oculos habeat;
5. cum tentatis et disciplinae impatientibus longanimiter agat;
6. ad communem mensam eat, et alias communes regulas, quantum possibile sit, servet;
7. sollicitus in gubernatione sit;
8. curet ut res et officia domestica ordinate procedant;
9. ne sit levis in rebus extraordinariis iubendis;
10. scripto domus mobilia habeat;
11. confessiones generales omnium primum domum venientium generatim ipse audiat;
12. sit rigorosus in monialium monasteriis adeundis, et in licentia danda ad earum confessiones audiendas aut illas invisendas;
13. non permittat ut nostri loquantur cum fugitivis vel e nostro collegio eiectis, nisi specialis ratio id suadeat;
14. cum domo exierit, alium qui suas vices faciat semper relinquat, idque fratribus notum sit.

In regulis romanis anni 1549 non invenitur officium rectoris, nec erat locus quia regulae illae non alicui collegio, sed domui destinabantur, quae sub Patris Ignatii immediata directione erat. Quoad formam nihil commune habet officium Rectoris lusitanum cum Instructione data a Sto. Ignatio anno 1551 rectori incipientis collegii Romani (Mon. 63). Officium rectoris quod ann. 1553-1554 in Lusitania et Hispania P. Nadal promulgavit (Mon. 73) valde dif-

fert ab illo Patris Simonis, et multo plura continet. Omissa est ascetica hortatio initialis et quae de confessionibus monialium ad finem erant.

Quae in officio rectoris et in additis, imperfecto ordine a P. Nadal congesta sunt, postea, aucta adhuc, sed ordine digesta, edita sunt typis Romae anno 1561 a P. Lainez in *Officio Rectoris* decem et septem capitulis. Definitiva redactio officii rectoris anni 1616 octoginta paragraphis constat in octo capita divisis, in quibus multo plura ex officio 1553 quam ex officio a P. Simone composito inveniuntur.

Officium Procuratoris. In regulis P. Simonis post officium rectoris sequuntur regulae Procuratoris, sex paragraphis comprehensae. Desiderantur in versione latina, et in Regulis romanis anni 1549, quamvis illud officium iam ante aliquot annos a Patre Codatio impletum fuerit. In regulis quas P. Nadal anno 1553 promulgavit, sunt Regulae procuratoris Domus et Procuratoris collegii (Mon. 80 et 81) in tres partes divisae, et multo ampliores, quam hae Patris Simonis, ex quibus aliquae retinentur. In illis etiam inveniuntur aliqua quae P. Simon officio Ministri seu Magistri Domus assignavit, quod non bene ab officio procuratoris distinxit. In redactione definitiva regularum anni 1616 separate ponuntur Regulae procuratoris Domus professae et Regulae procuratoris collegii et domus probationis, ob diversam naturam illarum domorum circa proprietatem rerum habendam.

Minister (Magister domus). Hoc officium in regulis P. Simonis novem paragraphis comprehenditur (Mon. 6). In regulis romanis anni 1549 multo plura huic officio commissa sunt (Mon. 45). In regulis anni 1553 mirum in modum crevit (Mon. 74) et in novem vel decem partes divisum est. In editione definitiva multum diminutum est, et omissa divisio in partes. Solis quindecim paragraphis constat, in quibus ex officio Patris Simonis retinentur, saltem partim, par. 9 (2) et 8 (11). Aliae ex regulis romanis procedunt.

Ianitor (Ostiarius: Porteiro, Portero). Regulae huius officii quatuordecim paragraphis comprehensae sunt a P. Simone. Regulae romanae huius officii a. 1549 amissae sunt. Regulae a. 1553 (Mon. 82) multo ampliores quam Patris Simonis sunt, retentis in « Additis » compluribus ex Patre Simone, et in quatuor partes divisae. Editio definitiva divisionem in partes abstulit, easque in breviorem formam contraxit, decem et septem paragraphis. Retinentur paragraphi 4 Patris Simonis (3), 5 (6), 1 (7), 3 (8), 8 (13), 10 (14). Reliquae potius e regulis an. 1553 desumptae sunt.

Infirmarius (Emfermeiro, enfermero). Regulae huius officii undecim paragraphis a. P. Simone comprehensae sunt (Mon. 8), decem et septem in regulis romanis a. 1549 (Mon. 47), in quibus, ut facile videre est, complures Patris Simonis vel ad verbum vel

fere ad verbum in linguam italam sunt conversae (2:5; 5:6; 6:7; 7:8; 9; 8:13; 13; 9:14, 15; 10:16). Regulae infirmarii auctae sunt a. 1553, et in « Additis » adiunctae regulae apothecarii (boticairo), quae desiderantur in regulis romanis a. 1549. In definitiva redactione latina 16 paragraphis omnia comprehensa sunt, et aucta in aliquibus, praesertim in iis quae ad infirmorum alacritatem iuvandam pertinent. Exstant etiam regulae praefecti sanitatis, quas P. Ignatius a. 1555 aut 1556 scripsit. (Mon. 108).

Custos vestium. P. Simon in duo hoc officium divisit: *Guardaroupa* sex paragraphis, et *Guardaroupa de linho* 15 paragraphis (Mon. 10, 11). Desideratur hoc officium in regulis romanis a. 1549. In regulis a. 1553 habentur hispanice: *Guardaropa de lana* et *Guardaropa de lino* (Mon. 90 A et B), quae fere sunt eaedem quae Patris Rodriguez. Addita est tamen res alicuius momenti quae ad sanitatem spectat, scilicet ut singulorum subuculae signo speciali notentur; quod iam P. Ignatius in ordinatione collegii patavini a. 1546 (Mon. 33) statuerat. In editione latina definitiva duo haec officia in unum contracta sunt sub titulo: *Regulae custodis vestium*, quindecim paragraphis, in quibus nihil alicuius momenti omissum est.

Custos Refectorii. Qui curam habet refectorii seu triclinii dicitur in Regulis Patris Simonis « refeitoreiro », eiusque munera quatuordecim paragraphis continentur (Mon. 12). In regulis romanis 1549 dicitur « credenzaro », cuius munera viginti et uno paragraphis explicantur. Aliquae sententiae similes sunt in utroque textu; sed redactio est satis diversa, nec itala pendere videtur a lusitana. In regulis a. 1553 multum auctae sunt regulae huius officii (Mon. 85), et in duas partes divisae. In redactione definitiva latina dicuntur *Regulae praefecti refectorii*, et ad quindecim paragraphos contractae. Specialia e regulis romanis S. Ignatii retenta sunt, quae agunt de mantilibus diversis sacerdotibus et laicis apponendis, et de parva mensa ad paenitentias subeundas, et de speciali mensa aegrotis. Omissa est facultas dandi debilioribus et pueris ientaculum.

Dispensator. Huius officii munus (*Dispenseiro*) quinque brevissimis paragraphis comprehendit P. Simon (Mon. 13). Desideratur in regulis romanis 1549. Eius regulae multum auctae sunt a. 1553 (Mon. 88) et in duas partes distinctae. In redactione definitiva latina contractae sunt ad septem paragraphos sub titulo *Regulae dispensatoris;* quae plura ex regulis a. 1553 quam ex P. Simonis retinent.

Hospes. Hospedeiro dicitur in regulis P. Simonis, qui hospitum curam gerere debet (Mon. 15). Desideratur hoc officium in regulis romanis a. 1549. Apparet in regulis a. 1553 (Mon. 95 *Hospedero*) paulo diversum a P. Rodriguez. In editione latina defini-

tiva omissum est, sed in regulis Rectoris, cap. VIII, n. 80, commendatur ut magna caritas erga hospites exhibeatur.

Emptor. Huius officii (*Comprador*) regulas P. Simon septem paragraphis comprehendit (Mon. 10), sex S. Ignatius (Mon. 49) cum notabili additione in casu quo non inveniatur victus domui tempore opportuno. Inter primas regulas romanas et lusitanas est aliqua similitudo. In regulis a. 1553 est eadem materia melius digesta (Mon. 87). In his regulis praecedit aliud officium, eius videlicet qui eleemosynas ordinarias colligit (*Porcionista*: Mon. 86). Editio latina definitiva totam materiam notabili brevitate tribus paragraphis comprehendit. Officium « portionistae » omisit.

Excitator. Duabus paragraphis comprehendit P. Simon regulas huius officii (*Despertador*: Mon. 17); octo satis diversis, quamvis aliquando conveniant, regulae romanae 1549(Mon. 52: *Il Resvigliatore*). Non parum mutatae sunt a. 1553 (Mon. 91), ubi cum regulis visitatoris nocturni fusae sunt. In his primo apparet adhibendum sonum campanae, praeter excitationem personalem. Editio latina definitiva quinque paragraphis regulas excitatoris exponit, sonum campanae praecipit, et singulorum excitationem, et ubiculorum visitationem post horae quadrantem a primo campanae sonitu.

Nocturnus visitator. In regulis romanis 1549 est *Lo officio di quello che fa andare a dormire* septem paragraphis contentum (Mon. 51), quod officium desideratur in regulis P. Simonis. Anno 1553, ut paulo superius diximus, cum excitatore unitum est. In editione latina separatae exstant *regulae noctu cubicula visitantis* duabus paragraphis contentae.

Munditiae praefectus. Sub titulo *Varredeiro*, in versione latina *a scopis*, comprehendit P. Simon quaedam ad domus munditiem spectantia. Nullibi postea hoc officium separatum apparet.

Qui accendit lampades. Sub titulo *O que acende as alampadas*, quinque paragraphis continetur officium speciale in regulis P. Simonis (Mon. 19); quod officium nullibi amplius apparet.

Bibliothecae custos. Sub titulo: *O que tem cargo dos livros* comprehendit P. Simon novem paragraphis regulas bibliothecarii (Mon. 20), quae desiderantur in regulis romanis a. 1549. Habentur in regulis a. 1553 (Mon. 94), quae nihil fere sunt nisi versio hispana regularum lusitanarum. In editione latina definitiva habentur *Regulae praefecti bibliothecae* duodecim paragraphis, in quibus omissae sunt paragraphi 3, 4, 6, 9 Patris Simonis et additae aliae circa libros prohibitos, clavim bibliothecae, libros communioris usus, novos libros emendos etc.

Aedituus. Hoc officium dicitur lusitane in regulis P. Simonis *Sanchristão*, et in versione latina antiqua *Custos*, constatque decem et septem paragraphis (Mon. 21); in regulis romanis a. 1549 dicitur *Il sacristano* (Mon. 46). Valde differunt inter se, ut facile

quis videre potest. Anno 1553 auctae sunt regulae et in quatuor partes divisae (Mon. 83), multis praeterea additis. In editione latina definitiva, omissa divisione in partes, ad viginti quatuor contractae sunt, ex quibus maior pars refert regulas Sti. Ignatii a. 1553.

Lector ad mensam. P. Simon septem paragraphis comprehendit munera huius officii *O leitor* (Mon. 22). Deest in versione latina antiqua et in regulis a. 1549 et 1553. In editione latina definitiva habentur *Regulae praefecti lectorum ad mensam* multum ab his Patris Simonis diversae.

Regulae communes. Sub titulo *Regla geral* (Regula generalis), scripsit P. Simon leges omnibus collegii incolis communes. (Mon. 23). His respondent Regulae quas P. Ignatius appellavit *Regole communi di casa* (Mon. 44), quarum facta est nova redactio anno 1551 (Mon. 67), et tertia a. 1553 (Mon. 72). Regula generalis P. Simonis habet paragraphos 33: Regule Communi Patris Ignatii anni 1549 habent 74. Ex his similitudinem aliquam inter se habent: prima reg. Patris Simonis cum 12 romana; 2 cum 15; 3 cum 56, 57; 6 cum 26; 7 cum 29; 8 cum 23; 9 cum 24, 25; 11 cum 18, 19; 12 cum 14; 13 cum 54; 15 cum 36; 17 cum 36; 19 cum 29; 22 cum 32; 27 cum 5; 28 cum 11. Similitudo generatim non in verbis, sed in materia invenitur. Regulae fere quinquaginta septem e regulis communibus romanis anni 1549 non inveniuntur in Regula generali P. Simonis. Sunt e contra sexdecim paragraphi in Regula generali Patris Simonis, scilicet: 5, 10, 14, 16, 18, 20, 21, 23, 24, 25, 26, 29, 30, 31, 32, 33, quae non inveniuntur in Regulis communibus romanis a. 1549. Editio latina definitiva eas 49 paragraphis comprehendit, quae multo plura ex S. Ignatio, quam ex P. Simone retinent. P. Simon Regulam generalem post regulas aliorum officiorum posuit, S. Ignatius ante officiorum particularium regulas; qui usus praevaluit in editione definitiva.

Examen generale conscientiae (Mon. 24). Praeter tempus assignatum, cetera pendere videntur ab his quae P. Ignatius de examinanda conscientia in Exercitiis spiritualibus tradit.

Monita ante confessionem legenda (Mon. 25). Neque in regulis romanis a. 1549, 1553, neque in editione latina definitiva quid simile ante confessionem legendum proponitur. Infra ad Mon. 35 instituetur comparatio inter haec monita et *Monita generalia* quae Sto. Ignatio tribuuntur.

Regras para os que andan fora dos estudos exercitando sua vocação (Mon. 26). In Regulis S. Ignatii non sunt regulae his respondentes. Conferri possunt cum Industriis P. Polanci, seriei secundae. In Constitutionibus Sti. Ignatii, part. VII, multa indicantur aut praescribuntur iis, qui ad ministeria spiritualia exercenda extra domos mittuntur, ex quibus postea *Regulae eorum qui in missionibus versantur* desumptae sunt. Pauca continent his statutis Patris Simonis similia.

Ordo in confessionibus servandus (Mon. 28). Haec statuta non ad modum regularum, sed in epistola ad rectorem collegii conimbricensis a P. Simone scripta sunt. Omnino localia sunt, et apta collegio ubi praecipua incolarum occupatio studium scientiarum esse debebat. De hac re agunt regulae romanae *Praefecti ecclesiae* (Mon. 75), et *Regulae sacerdotum* anni 1553 (Mon. 76).

Monita peregrinantibus (Avisos pera os peregrinos. Mon. 26 et 26 A). S. Ignatius qui peregrinationis experimentum in noviciatu statuit (*Examen*, cap. IV, n. 12) nullas regulas generales ad illud faciendum scriptas reliquit, quod sciamus [33]. In editione latina definitiva regularum exstant *Regulae peregrinorum* duodecim paragraphis comprehensae. Similes omnino, sed paulo breviores, iam ederat S. Franciscus Borgia a. 1567. In regulis latinis semper supponuntur plures simul peregrinari; sed notum est tempore Sti. Ignatii aliquos solos ad peregrinandum missos esse.

De Scholasticis admittendis. (*Modo que se ha de ter nos collegios da Companhia en o receber os estudantes della.* Mon. 29). Prooemium huius Monumenti est versio statuti de fundandis collegiis quod primi Patres anno 1541 scripserunt (Cf. MI, *Constit.* I, 49 sqq.). Cetera, potius quam statuta Patris Simonis, videntur desumpta ex aliquo statuto Primorum Sociorum, vel Patris Ignatii, nobis ignoto; quia non pauca ita sunt generaliter statuta, ut a P. Simone sua auctoritate edi non posse videantur, ut cum dicit: «Não poderá o preposito geral, nem o provincial, converter en seus usos nem da Companhia os bens ... dos collegios» ... (fol. 81*v*). Hoc Monumentum potius pertinet ad Constitutiones, quam ad Regulas; sed non multum dissimile huic est *Officium examinatoris* inter regulas a. 1553 positum (Mon. 79). Meruisset hoc scriptum maiorem attentionem inter Monumenta Constitutionum praevia.

Monita confessariis Fratrum (Mon. 31). Post non brevem instructionem de momento huius officii et hortationem ad illud recte faciendum, sequitur recapitulatio quinque paragraphis comprehensa, quae regulae dici possunt. Non invenimus consilia similia in Regulis S. Ignatii.

Monita consiliariis (Mon. 32). Ita appellamus monita quaedam, quae in parva scheda, inter regulas Patris Simonis extra locum invenitur. Aliquantum singularia videntur, nec similia in Regulis S. Ignatii invenimus.

---

[33] Vide tamen «Viaticum peregrinorum» Sto. Ignatio tributum, apud MI, *Epp.* XII, 682. Aliquae *Instructiones* datae eis qui ex uno in aliud collegium mittebantur, possent dici *Regulae peregrinorum*. Vide datas anno 1553 apud MI, *Epist.* V, 38.

RECAPITULATIO

Percurrentes regulas Patris Simonis et Patris Ignatii vidimus solum in paucis officiis domesticis (infirmarii, emptoris, coqui, bibliothecarii) inveniri clara vestigia influxus regularum P. Simonis in regulas antiquiores Sancti Ignatii; cetera inter se independentia videntur. Illud etiam est animadvertendum, complura magni momenti esse in Regulis S. Ignatii, quae in regulis Patris Simonis desiderantur: v. g. Regulae primae probationis (Mon. 55); De defectuum manifestatione et correctione (Mon. 57, 70, 93); Casus reservati (Mon. 58); Regulae noviciorum (Mon. 66, 78); Regulae praefecti ecclesiae (Mon. 75); Regulae sacerdotum (Mon. 76); Regulae magistri noviciorum (Mon. 77); Regulae praefecti studiorum (Mon. 92); Regulae scholasticorum Societatis (Mon. 96); Regulae scholasticorum externorum (Mon. 98 A; 98 B); Regulae correctoris (Mon. 98 C); Monita euntibus ad villam (Mon. 100); Regulae modestiae (Mon. 101); Regulae praefecti sanitatis (Mon. 108); alia minoris momenti.

Inspectis per summa capita Regulis et constitutionibus praecipuorum Ordinum religiosorum antiquorum, in omnibus qui coenobiticam vitam agebant, invenimus officia domestica, plura pauciora, inter incolas domus distributa. In aliquibus Ordinibus non exstant *scriptae normae* quibus officiales regi debeant in suis officiis, sive quia consuetudine, seu ore tenus, non scripto, tradebantur; sive quia amissae sunt. Generatim haec officia et eorum normae in ipsis Regulis, ut in Regula S. Benedicti, vel in Consuetudinibus vel Constitutionibus, ut in Canonicis regularibus, in Fratribus vitae communis, etc., non in alio opere separato continentur. Non tamen apparet cur haec capitula, quae de officiis agunt, et in quibus normae ad illa recte peragenda dantur, non possint dici Regulae sensu recentiore[34]. Regulae illae multum differunt a Regulis S. Ignatii quae dici non possunt ab eis pendere, quamvis aliquam similitudinem cum eis prae se ferant.

CAPUT IV

DE REGULIS S. IGNATII ET INSTRUCTIONIBUS FR. HUMBERTI DE ROMANIS O. P.

Diximus supra R. P. Fr. Humbertum de Romanis, Magistrum Generalem O. P., scripsisse tractatum sapientia plenum de officiis, quae in Ordinibus religiosis necessaria esse possunt, et asseruimus

[34] Fortasse haec capitula ex eo quod sunt in ipsis Constitutionibus vel consuetudinibus habebant maiorem stabilitatem quam Regulae sensu moderno a Constitutionibus distinctae.

Regulas Patris Simonis Rodriguez nullo modo ab illis pendere. Idem dici debet de Regulis S. Ignatii a. 1549. Dubitari posset de Regulis anni 1553, quia in his sunt divisiones aliquo modo similes illis quas Fr. Humbertus adhibuit. Cognovisse Patrem Ignatium, aut eius adiutorem P. Polanco, opus Fratris Humberti valde probabile est, quia cum Constitutionibus O. P. semper edi solebat. Iam vero, quod Constitutiones O. P. cognoverit S. Ignatius fere certum videtur. Cf. MI, *Constit.* I, pag. CLXXX, par. 6; II, pp. CCIX-CCXIII. Sed praeter divisiones in capitula vel partes nihil commune fere invenitur inter Regulas S. Ignatii et Instructiones. F. Humberti illis respondentes. Comparemus v. g. officium *Subprioris* cum officio *Ministri*, seu *Vicerectoris*. Officium Subprioris (cap. IV Instructionum Fr. Humberti) dividitur in haec *quatuor* capitula: *Circa priores et Maiores Circa Conventum / Circa religionem / Circa vacationem Prioratus*. Officium Ministri in Regulis S. Ignatii a. 1553 (Mon. 74) dividitur in *decem* partes, quarum materia numquam in verbis nec in sententiarum concatenatione, rarissime in sententiis convenit cum officio Subprioris. — Officium Magistri noviciorum cap. V Instructionum Fr. Humberti continet *decem et novem* capita, seu partes: *Circa se ipsum / Circa ingressum novitiorum / Circa professionem / Circa regulam / Circa scholam et capitulum / Circa necessitates / Quo ad membra sua / Quo ad vestes / Circa loca, et primo de choro / Circa refectorium / Circa locutorium / Circa tempus / Circa servitia / Circa reverentiam / Circa confessionem / Circa orationes / Circa studium / Circa meditationes / Circa alia exercitia multa*. — Regulae Magistri noviciorum S. Ignatii (Mon. 77) multo breviores sunt, in *tres* tantum partes seu capitula divisae. Cum de confessione agitur, uterque suadet, ut cubitum nemo eat cum conscientia peccati mortalis. De confessionis et communionis tempore Fr. Humbertus nihil dicit; S. Ignatius praecipit ut octavo quoque die et peccata confiteantur et communicent novicii. De noviciorum confessario dicit Fr. Humbertus: « Item, quod non confiteantur nisi magistro suo, vel Priori sine licentia speciali ». — Adiungemus denique comparationem inter *Officium sacristae* (Cap. X Instructionum Fr. Humberti) et *Reglas para el sacristán* in Regulis S. Ignatii a. 1553 (Mon. 83). *Officium sacristae* dividitur in *septem* capitula seu partes: [*Circa ecclesiam*] / *Circa pulsationes / Circa luminaria / Circa sacramenta et sacramentalia / Circa ornatus et paramenta et mundicias / Circa custodiam rerum / Circa ordinarium*. Regulae S. Ignatii dividuntur in *quatuor* partes: *Acerca de si / Acerca de los de casa / Acerca de los de fuera / Acerca de la iglesia*. Materia, quamquam in aliquibus convenit, generatim est valde diversa, et diverso modo exposita. Ceterum Pater Polanco, S. Ignatii adiutor, valde his divisionibus, ut ex multis eius scriptis constat, delectabatur.

CAPUT V

PRAECEDENTIA STUDIA CIRCA REGULAS ANTIQUAS SOCIETATIS IESU ET PRAESERTIM CIRCA REGULAS SANCTI IGNATII EARUMQUE EDITIONEM

Scriptum aliquod iustae magnitudinis explicandis origini et volutioni regularum nostrarum antiquarum non novimus. Scriptores vitae Sancti Ignatii solent de Constitutionibus ab illo scriptis loqui, non de Regulis; neque antiqui historici Societatis. Ribadeneira in vita anno 1572 edita, nihil speciale de regulis habet. Polanco, loco superius citato, dicit Patrem Ignatium simul Constitutionibus et Regulis scribendis animum intendere, sed ad particularia non descendit. Orlandinus in Historia Societatis Iesu, ad annum 1547, dat ut prima regularum initia ea *Monita generalia*, quae alii auctores, Ribadeneiram et Christophorum de Castro secuti, dicunt data esse a Sancto Ignatio incolis collegii complutensis antequam regulae essent promulgatae (Mon. 35). Lancicius (1574-1652) certo novit regulas anni 1549, et aliquas alias, v. c. de defectuum correctione, et in suis scriptis illis utitur [35]. P. Iosephus de la Torre in Appendicibus ad editionem Constitutionum a se paratam (Matriti, 1892) edidit aliquas regulas primitivas S. Ignatii, ut *Regla de casa* (p. 321) (*Reglas de los novicios*), ibid.; *Ordine del nostro P. Ignatio* (p. 340-341); *Regole communi* (p. 341-343); *Regola di casa* (p. 344); *Regolae scholasticorum bononiensium* (*Estatutos para Boloña*) (p. 344-345); *Regulae scholasticorum* (p. 345-346); nihil tamen de tempore quo S. Ignatius ea scripserit, nec de eorum cum aliis similibus documentis relatione disserit.

Monumenta Historica Societatis Iesu in vol. *Monumenta paedagogica* (Matriti, 1901) complures ediderunt regulas vel ordinationes tempore S. Ignatii promulgatas, ad collegia vel studia spectantes (v. c. NN. 6, 7, 8,60, 61, 63, 64, 69, 70, 71, 75, 76, 77, 78), sed nihil certe de tempore quo illa documenta scripta sunt dixerunt.

Regulae P. Simonis Rodriguez, de quibus superius locuti sumus, editae sunt apud MHSI, in vol. *Epp. Patris Bröet* (Matriti, 1903) pp. 822-873; praemissa praefatione de earum compositione, pp. 445-449.

Primus (quod sciamus) qui expresse de Regularum Societatis Iesu origine earumque compositione tractavit, fuit P. Antonius As-

---

[35] Aliqua de nostrarum regularum auctore et regularum communium evolutione, magis ratiocinationibus quam historicis documentis comprobata, scripsit P. Iulius Nigronus, S. I. in opere *Regulae communes Societatis Iesu commentariis asceticis illustratae* (Mediolani MDCXIII) p. 24 sqq.

tráin, in secundo volumine Historiae Societatis Iesu in Assistentia Hispaniae (Madrid, 1905). Titulus capitis secundi, libri tertii, est: *Formación de la Reglas de la Compañia de Jesús*. Tractatio (pp. 419-443) quod ad tempus S. Ignatii spectat, manca et imperfecta est, neque erroribus in fontium citatione caret. Nescio quo errore ductus, existimavit amissas esse regulas primitivas collegii romani (Mon. 63); nihil dixit de regulis a P. Nadal ann. 1553-1554 in Lusitania et Hispania promulgatis, quae nec paucae, nec parvi momenti sunt, ut in nostro volumine videri potest. Dicit Regulas antiquas romanas editas esse a P. La Torre in Appendice ad Constitutiones (p. 340 sqq.); regulae vero ibi a P. La Torre editae non sunt antiquissimae regulae romanae anni 1549, sed *Regulae communes* posterioris redactionis, ut videre est inferius, Mon. 67. Bene tamen meritus est P. Astráin de hac re, quia primus quaestionem posuit. Eodem anno 1905, sed post opus Patris Astráin, prodiit Matriti vol. IV Epistolarum P. Nadal in coll. MHSI. In praefatione huius voluminis editor (pp. XII-XV) aliqua collegit puncta pro regularum genesi elucidanda. Puncta vera, sed nimis brevia, in quibus nihil de regulis romanis a. 1549 dicitur, sed a Regulis Patris Simonis fit transitus ad regulas a P. Nadal ann. 1553-1554 promulgatas.

P. Emmanuel Aicardo in opere *Comentario a las Constituciones de la Compañia de Jesús* (Madrid, 1919-1932) complures regulas tempore S. Ignatii compositas edidit, sive e MHSI, sive aliquando e manuscriptis eas depromens. In vol. II (p. 100) edidit Regulas modestiae ex cod. *Miscellanea de Regulis;* in vol. III, p. 240-241, *Regulas euntibus in vineam*, ex MHSI, et quaedam ex regulis antiquis collegii romani (p. 536), ex *Monumenta paedagogica;* in vol. V, lib. IV, cap. V, explicat discrimen inter Constitutiones, Regulam et regulas, et pp. 795-805, edidit *Regulas communes*, prout eas P. Nadal a. 1553 in Lusitania reliquit; et si quae alia, quae forte nos effugerunt.

P. Franciscus Rodrigues in opere *História da Companhia de Jesús na Assistencia de Portugal*, tom. I, vol. 1 (Porto, 1931) agit de Regulis Patris Simonis Rodriguez (pp. 537-544). De earum origine, compositione, influxu in regulas posteriores Societatis, pauca addit ad ea quae in MHSI, *Epp. P. Bröet*, ut supra diximus, scripta erant. Pulcro tamen commentario tractationem ornavit. P. Henricus del Portillo, S. I., in Periodico *Estudios Eclesiásticos*, 16 (1942), pp. 313-349 edidit commentarium sub titulo: *El Instituto de la Compañia de Jesús al morir San Ignacio* (1556). In paragrapho 5ª (pp. 318-319) agit de Regulis tempore S. Ignatii scriptis, sed nimis brevis est tractatio, referens se et lectorem ad futuram editionem Regularum, quae pro MHSI parabatur. Tota fere tractatio agit de Constitutionum publicatione, fere nihil de Regulis, multo minus de earum origine et evolutione.

Nulla editio completa regularum tempore S. Ignatii vigentium adhuc facta est, quia illo vivente typis excusae non sunt; et paucae formam litterariam fixam acceperant. Quia etsi redactio Roma anno 1553 ad Patrem Nadal missa satis perfecta erat, tamen, additis multis a Patre Nadal, ut in nostro volumine videri potest, de novo erat reficienda; quod paulatim factum est subsequentibus annis post Patris Ignatii mortem. Quare tum regularum editiones typis excusae, tum antiqui commentarii, referunt formam a primitiva plus minus diversam [36].

CAPUT VI

DE HAC NOSTRA EDITIONE

Nobis in animo est, sive integre, sive saltem in compendio, ordine chronologico, quantum possibile est servato, omnes regulas edere, iuxta textum primitivum, quae a S. Ignatio vel eius auctoritate promulgatae sunt; aliqua addentes, quae etsi regulae dici fortasse non possint, in regularum compositione influxum habuerunt; ita ut, quantum fieri possit, MONUMENTA IGNATIANA integra sint. Certe ad cognoscendum opus S. Ignatii et rationem quam in gubernando habuit, omnia Monumenta Ignatiana, quae iam in nostris MHSI prodierunt, iuvant; sed regularum studium necessarium etiam dici debet; quia in ordinaria et cotidiana vita nostra religiosa, regulae fortasse maiorem et continuum influxum exercent, quam aliae leges, et ideo etiam frequentius in memoriam revocantur. Quare nobis videbatur sine regularum editione non posse plene gubernandi modus S. Ignatii intelligi, immo mancam Constitutionum editionem mansuram. Quod aliqua iam nota hic repetantur, aliquibus fortasse minus placebit; alii tamen amabunt omnes antiquas regulas in uno volumine collectas simul habere. Scopus noster est textum criticum dare, a commentariis abstinentes.

DE MODO TRANSCRIBENDI MANUSCRIPTA ET ORTHOGRAPHIA ADHIBITA

Secundum traditionem nostri operis MHSI verba documentorum numquam mutantur, nisi quando, lectore monito, opus est ad sensum sententiarum intelligendum.

---

[36] P. Arthurus Codina, post finitam Constitutionum Societatis Iesu editionem a. 1938, in conficienda editione Regularum Societatis laboravit; sed morte correptus, pauca parare potuit. Inter eius manuscripta invenimus duos satis lungos tractatus circa *Summarium Constitutionum* et *Regulas communes*.

Modum scribendi seu orthographiam manuscriptorum generatim sequimur, parvas mutationes adhibentes iam fere ab omnibus editoribus admissas, ut *v* loco *u;* et in textibus hispanis *j* pro *i*, et *i* pro *y* ante consonam, ut *i*nquisidor pro *y*nquisidor in manuscripto. Accentus depingimus secundum usum hodiernum. Litteris maiusculis nomina propria personarum et locorum scribemus.

Difficiliores sunt casus in documentis hispanis in usu litterae *c* ante *e*, *i*, litterae *e* ante *s*, v. c. estudios (studios), et in usu litterarum duplicatarum, in verbis in quibus nunc adhibetur simplex consona, ut peccado (pecado), collegio (colegio), professión (profesión) et similia. Quaestionem adhuc inter editores disputatam intactam reliquimus, nec uniformitatem inducere licuit, unde magna varietas in nostris textibus editis, ut in manuscriptis, invenietur.

Omnibus qui nobis opera aut consilio in hoc volumine praeparando adiumento fuerunt, gratias ex corde agimus; inter quos praecipue proferre iuvat Rev. Dom. Anselmum M. Albareda, OSB, bibliothecae Vaticanae praefectum, R. P. Candidum de Dalmases, MHSI directorem, eiusque praedecessorem, R. P. Petrum Leturia, P. Ios. Teschitel, Archivi Soc. Iesu Romani custodem; PP. Emmanuelem Gonçalves da Costa, Ioseph Wicki et Felicem Zubillaga, et F. Marium Arana.

CODICUM NOTITIA

Initio singulorum documentorum indicamus codicem et folia unde illud monumentum est desumptum. Cum vero omnes codices suum iam in archivo locum fixum habeant, signis propriis notatum, facile erit illos quaerenti invenire. Unde minus est nunc necessaria haec codicum notitia externa. Dicemus tamen aliqua saltem de praecipuis codicibus a nobis usurpatis; qui, nisi aliud expresse notetur, omnes sunt chartacei et in archivo Societatis Iesu romano inveniuntur.

1. *Aragon. 15*, Vol. magn. 0,315 × 0,232, tela religatum. In dorso habet titulum: « Aragon. / Catal. / 1553-1578 »; sed hic titulus non bene respondet materiae; nam sunt aliqui catalogi tempore anteriores, v. g. Catalogus collegii gandiensis anni 1547 in fol. 22-23*v*; et alii multo posteriores; v. g. post fol. 202 est Catalogus totius provinciae Aragoniae anni 1594 etc.

2. *Epp. NN. 50*. Vol. magn. 0,345 × 0,240. Continet regesta litterarum S. Ignatii ann. 1547-1553. Videsis eius longam recentem descriptionem apud MHSI. *Epp. Xav.* I, 161*, N° 10.

3. *Epp. NN. 87*. Vol. magn. 0,340 × 0,230; ff. 1-130. Recens compositum, dorso et angulis pergamena tectis. In dorso habet: « N. Lancicius / Epistolae / et / Testimonia ». — Primum documentum est epistola P. Lancicii ad P. Bombinum data Cracoviae, die 3 aprilis 1623, autographa italice. f. 1*r-v*. De scribenda vita S. Ignatii. — Ultimum codicis documentum apographum longioris tractatus (ff. 81-130) Lancicii ad Casimirum, Societatis Iesu novicium, datum Novisii in Lithuania, die 30 novembris 1643, « die Sti. Andreae Apostoli, tui romani tyrocinii Patroni ».

4. *Hispan. 94*. Continet apographum Historiae Assistentiae Hispaniae S. I. a P. Petro de Ribadeneira ineunte saeculo XVI scriptae. Cf. MHSI, *Ribadeneira* I, pp. XXIX, *Codex 13; Monumenta antiquae Floridae*, 81*-82*.

5. *Histor. Soc. 1 a* (Rom. I, Codex autographorum etc.). Videsis eius recentem descriptionem apud MHSI, *Epp. Xav.* I, 149*-151*.

6. *Histor. Soc. 1 b* (*Prius*: Rom. II). Cf. MHSI, MI, *Epp.* I, 33-34 (*Codex 6*).

7. *Histor. Soc. 24 a* (*Prius*: Recuerdos). Vide MI, *Epp.* I, 39 (*Codex 19*).

8. *Instit. 1 e* (Codex E). Potest eius longa descriptio legi in MHSI, MI, *Const.* I, pp. CCXXVI sqq.

9. *Instit. 1 f.* Vol. magn. 0,225 × 0,156, religatum forti charta, dorso et angulis pergamena protectis. In dorso habet titulum: « Constit. / Hispan. / Mss. Antiq. ». Initio sunt 20 ff. scripta, sine numeris, in quibus continentur apographa: *a*) Testimonium cardinalis Rodulphi Pii de Carpo de authenticitate Brevis Pauli III « Cum inter cunctas » in favorem Societatis, et apographum Brevis ipsius, dati die 3 iunii 1545; *b*) Bulla Pauli III « Licet debitum » die 18 octobris 1549 cum aliquibus attestationibus; *c*) Bulla Iulii III « Exposcit debitum » diei 21 iulii 1550, cum sua attestatione; *d*) Breve eiusdem Iulii III « Sacrae religionis » diei 22 octobris 1552; *e*) « Copia de una patente del nuestro P. General para los provinciales de la Compª ». data Romae die 12 decembris 1558. Textus latine scriptus continet aliqua privilegia a Cardinali de Sancto Angelo, Paenitentiario Maiori concessa; *f*) « Copia de una patente de N. Pe. General para los Provinciales de las Indias. Jhs. A los provinciales de la India, del Brasil y de Ethiopia y todos los demas que están a su cargo en las 3 provincias dichas de la Compañía de Jesús, salud y gracia en el que es auctor della. Amen ». In textu hispano, qui sequitur, P. Lainez dicit se obtinuisse a cardinali de Sancto Angelo, summo Paenitentiario, aliquas gratias illis regionibus utiles. — Datum Romae 18 februarii 1558.

Septem folia alba, nullis numeris notata.

Post haec numerantur folia atramento in angulo superiore dextro. In ff. 1*r*-87*v* est textus hispanus Constitutionum Soc. Iesu. *Incipit*: Primero examen y general. *Explicit*: de que se ha dicho ». / + / N. Pe Lainez.

f. 88 est album.

f. 89*r* « Ihs. 75m decretum [Congr. gener. 1ae] de sepulturis et de officiis mortuorum pro amicis.

f. 89*v* album.

f. 90. Deest.

f. 91*r-v* « Casus quorum absolutio reservata est superiori domus vel collegii et ab alio nisi de eius expressa licentia absolvi nequeunt. *Incipit*: Quaevis peccata mortalia quae in actum prodeunt exteriorem ... *Explicit*: superiorem suum adeant, sua peccata manifestaturi ».

ff. 92*r*-95*r* « IHS / Reglas sacadas del examen y de la 3ª parte de las Constituciones ». *Incipit*: La summa sapiencia y bondad de Dios ... *Explicit*: ... por lo que la charidad y la razón les obliga ».

NB. Hae Regulae dictae sunt postea « *Sumario de las Constituciones* ».

Sequuntur: Reglas communes a todos los de casa / Officio del Rector / Officio del Ministro / Officio del Refitolero / Reglas del sacerdote que tiene cuydado de la iglesia / Reglas de los sacerdotes / Officio del que tiene cargo de la librería / Officio del porcionista, scilicet del que trahe las limosnas ordinarias en las casas

e la Compañía / Officio del comprador / Reglas para el sacristán / Reglas del cozinero / Reglas del dispensero / Reglas del officio el enfermero / Reglas del officio del guardaropa de lana / Reglas del officio del guardaropa de lino / Avisos para el síndico /

f. 138*v* album

ff. 139-145*r* De magistro novitiorum qui est confessor / Officio del examinador / Reglas para los novicios /

ff. 145*v*-150*r* « Tercera parte principal [de las Constituciones] el conseruar y aprouechar los que quedan en probación ». *In angulo superiori sinistro adest haec notula alia manu exarata*: está uplicada esta parte, folio 31.

ff. 150*v* sqq. Officio del despertador / Officio del portero.

f. 154 album.

ff. 155*r*-156*r*. + Para los estudiantes de la Compañía. *Incipit*: l fin de la doctrina ... *Explicit*: se puedan ayudar a maior glo- a Diuina ».

f. 156*v* album.

f. 157*r* Prefecto de los estudios.

ff. 157*v*-159*r* Orden de la oración.

ff. 159*v*-166*v* (*Extracta ex 4ª parte Constitutionum*)

f. 166*v* Reglas del corrector.

ff. 167*r*-170. « El modo que se ha de guardar en recebir los udiantes que han de oyr en los collegios ». *Incipit*: Ningún scho- r se reciba ... *Explicit*: ... todos nos podemos mucho aiudar y ruir ».

ff. 170*v*-171*v* alba.

ff. 172*r*-182*r*. Ihs. Extracta ad uerbum del primer capítulo del xamen general [et aliorum capitum] en el qual se tracta del insti- uto de la compañía y diuersidad de personas en ella ». *Incipit*: uestra mínima congregación .. *Explicit*: alabanza de Dios N. cria- or y Señor.

NB. In fol. 172 desinunt numeri antiqui atramento scripti; recenter stilo lapideo additi sunt numeri usque ad 206.

ff. 182*v* [*et aliud sine numero*] album.

ff. 183*r*-184 Ihs. « Tabla de lo que después de las Bullas se ontiene en este libro ».

NB. Post tabulam seu indicem addita est alia manu haec annotatio quae ad tempus quo codex scriptus fuit determinandum iquid servire potest: « Está añadida una constitución que trata e si se podrán enterrar los deuotos de la Compañía en nuestras lesias y si se les dirá el officio como a nuestros hermanos / al abo de todas las constituciones en la hoja 89, la qual vino de oma a los 9 de Março de 1559, y fue hecha en la congregación rimera general que se hizo el julio de 58 años ».

f. 184*v* album

ff. 185*r*-191*v* De las universidades de la Compañía.

f. 192 album

ff. 193*r*-198*r* « Ihs. Declaración de las Constituciones acerca de universidades.

f. 198*v* album

ff. 199*r*-202*r* + ihs. Reglas de los saçerdotes y confessores de la Compª. Finis.

ff. 202*v*-206 alba

Hic codex, praecipue quod primam partem spectat, descriptus est in MI, *Constit.* II, pp. CCLXII sqq.

10. *Instit.* 7. Descriptus in MI, *Constit.* I, pp., CCXLIII-CCLV.

°11. *Instit. 15a.* (*Prius*: Polanci. De Instituto, Industriae, de Humilitate). Vol. magn. ca. 0,290 × 0,215, ff. 1-186. Cf. *Polanci Complementa*, II, pp. XIV-XV, codex 40, et MI, *Constit.* I, pp. CCLXII-CCLXIII. (*Po. de Instit.*).

12. *Instit. 18a* (Miscellanea de Constitutionibus). Descriptionem recentem accuratam huius codicis invenies in MI, *Constit.* I, pp. CCXLV-CCXLIX.

13 et 14. *Instit. 24a et Instit. 24b.* Sunt 25 fasciculi, magn. ca. 0,230 × 0,160, qui prius ligati erant in uno magno volumine sub titulo « Miscellanea de Regulis ». Anno 1917 divisum est volumen in duo; primum continet duodecim fasciculos priores; alterum sequentes usque ad 25. Paginae non erant numeris signatae; antequam vero volumen in duo divisum est, numeratae sunt continenter in margine inferiore stilo lapideo ab 1 ad 381; qui numeri non sunt mutati post divisionem. Itaque in *Instit. 24a* sunt pag. 1 ad 199; in *Instit. 24b*, pp. 200 ad 381, quod aliquid confusionis in citationibus gignere potest. Quid singuli fasciculi contineant videre potes apud MHSI, *Epp. Nadal*, IV, 11-23 (codex 58).

15. *Instit. 36.* Vol. magnitudinis 0,260 × 0,195, pergamena religatum. In dorso litteris antiquis: « Carta / de la obe/diencia / Reglas / del Sumo. y Comes / y Partres ». Nunc in scheda recenter agglutinata: « Instit. 36 ». Foliis 107 recenter signatis in imis paginis constat, praeter duo ff. pura initio. In primis septem foliis, quae numeris antiquis carent, est apographum antiquum celebris epistolae S. Ignatii De oboedientia « para los hermanos de la Compañía de Portugal ». In fine dicitur data; « de Roma oy 16 de Março de 1553 ». In originali dicitur data die 26 Martii. Videsis MI, *Epp.* IV. 681. In indice antiquo in fine voluminis non recensetur haec epistola.

Numeri antiqui incipiunt a f. 5 in parte superiore (f. 8 moderno). Desunt numeri antiqui 45, 46 (apparent chartae abscissae), 53, 54 (etiam chartae abscissae sunt); 58 (charta abscissa), 64 (id.)

68, 72, 78, 85, 86, 90, 115, 116; in omnibus apparent chartae abscissae.

In f. antiquo 114 sunt: « Auisos para el síndico » et in fol. 117 « Casus absolvendorum et dispensandorum ad sedem Apostolicam merito destinandi ex Mari magno Sixti quarti »; et in fol. 117*v* « Tono-nes [*sic*] communes », quae non censentur in antiquo indice, qui ita sonat:

« Tabla. Reglas generales, folio 5 / Reglas communes de casa, f. 13 / Officio del Rector, f. 21 / Officio del ministro, f. 31 / Del prefecto de la iglesia, f. 47 / De los sacerdotes, f. 51 / De examinador, f. 55 / De maestro de nouitios, f. 59 / Reglas de nouitios, f. 63 / orden de oratión, f. 65 / Reglas de procurador, f. 69 / De sacristán, f. 73 / De enfermero, f. 79 / De despensero, f. 83 / De despertador, f. 87 / De comprador y portionista, f. 89 / De prefecto de studios, f. 91 / Reglas de studiantes de la Compª, f. 92 / Orden de scuelas quanto a las costumbres, f. 95 / Orden de scuelas quanto a las letras, f. 99 / Reglas del corrector, f. 103 / Del librero, f. 104 / Modo de tratar con los Superiores, f. 105 / Reglas del portero, f. 107 / Del Refectolero, f. 110 ». Cum omnia quae in indice indicantur, completa inveniantur in codice, conicimus chartas abscissas fuisse albas, et probabiliter abscissas recenter, cum novi numeri in imis paginis machina depicti sunt. Alia specialia de hoc codice dicemus, cum regulas an. 1553-54 edemus.

16. *Instit. 38a.* Est ms. magnitudinis 23,6 × 17 cm. religatum pergamena. Super pergamena conglutinata est pars antiqui tegumenti (etiam pergameni) in cuius dorso scriptum est. « Regulae antiquae », et in fronte manu patris Nicolai Lancicii (quorum aliqua legi amplius non possunt): « 1549 / Liber antiquarum Regularum / Domesticorum officiorum sub Beato P. N. Ignatio in Domo professa / Romana confectus, / [a me] erutus (?) et contectus / [Constat] ma/nu ipsius B. Patris quasdam / in eo glossas esse scriptas, scilicet pag. 4 fin. et sententia ex Eccli. 4 / pag. 2; duae glossae et Regula de silentio sunt manu N. Patris scriptae .../ et P. Polanci. Donatus est mihi Romae a socio R. P. Generalis / [Alberto(?) Roberto(?)] et super lin. [Fernan(?) Tornati(?)]. anno 1606. Nicolaus Lancicius manu propria ». Verba P. Lancicii scripta sunt super aliam scripturam erasam.

Postea sunt signa antiquae collocationis in archivo: A / IX. I.

Initio codicis sunt duo ff. vacua notata recentius numeris 1, 2. In fol. 3 recentiori haec habentur: « + JHS Ma. + / Li offitii DELL'REGOL' DE CASA[1]. / *Pro iustitia agonizare pro anima*

[1] Potius scribendum fuisset, ut videtur: « Le Regole degli uffitii de casa ».

tua, et usque ad mortem certa pro iustitia et Deus expugnabit pro te inimicos tuos. Eccl. 4. eccl.

1549 »

Et inferius: « Queste Regole furono date a voce e in iscritto fin dai primi tempi dal P. N. S. Ignazio: e si osservavano nella Casa Professa di Roma, non essendo ancora publicate le Costituzioni, nè il Sommario delle medesime.

Il P. Nicolò Lancizio che le ebbe in mano, ha notato in più luoghi esservi correzioni e aggiunte per mano del S. P.: ma egli ha preso errore. Le varie scritture e correzioni sono di alcuni di que' primi di cui si valeva il S. P. per far copiare le cose sue, come si vede in altri codici dell'archivio.

G. Boero S. J. »

In eodem f. verso est sequens antiqua tabula:

Regule commune di casa
Lo offitio dil ministro
Lo offitio dil sacristano
Quello che nella messa se dice in alta voce
Lo offitio dil infirmairo
Lo offitio dil credenziero
Lo offitio dil compratore
Lo offitio dil coco
Lo offitio di quel che fa andar a dormire
Il resvigliatore

ff. 4*r*-6*v* *sunt pura.* Fol. 7 (*ubi incipiebat antiqua numeratio, aliquando per folia, alias per paginas*): IHS / REGOLE COMMUNI DI CASA SECONDO IL TEMPO.

Folia in quibus reliqua officia continentur suis locis dicemus. Hic animadvertere iuvabit in parte primigenii codicis esse pura seu alba ff. 16, 21*v*, 26*v*-27*v*, 28*v*-29*v*, 32*r*-*v* 35*r*-*v*, 37*r*-*v*, 38*v*-39*v*, 41*r*-*v*, 43*r*-*v*, 46*v*, 47*v*, 49*r*-69*v*, 72*r*-84*r*, 85*r* et duo ultima codicis folia. Ad finem huius codicis ligata sunt tria alia opuscula, in quibus numeri recentiores cum praecedentibus continuantur: Fol. 86*r*-109*r*. Regulae neapolitanae, de quibus inferius longius dicemus; ff. 110*r*-115*r* « Advertencias del govierno del N. B. P. por el P. P. de Ribadeneª » [Cap. 3. Cf. MI, *Scripta*, I, 449-454]; ff. 116*r*-128*v*. « IHS + MAR. / Auisi per li nostri principalmente. / Del modo di insegnare la Dottrina christiana alli nostri scholari et al populo ». *Adest haec nota manu patris Nadal*: Nescio auctorem.

Missis nunc his tribus opusculis, aliqua adhuc adiungemus de prima parte codicis. Regulae communes et Regulae officiorum quae indicatae sunt in tabula initio codicis posita (praeter illa quae in missa alta voce dici debent) scriptae sunt una manu nobis igno-

a; sed tam in Regulis communibus, quam in omnibus fere officiis ddditae sunt aliis manibus quaedam regulae, ut in singulis locis notabimus.

Codex videtur fere totus scriptus ante finem anni 1549, quia n illo non semel mentio fit de patre Petro Codatio adhuc viven-e, qui vitam hanc mortalem cum aeterna die 7 Decembris huius nni commutavit. Fortasse non sit originalis, sed apographum an-iquum ex alio codice. Ultima verba in codice scripta (f. 85*v*) manu quae non raro occurrit, haec erant: « + Dns Philippus de Rivier pbr. Tornacen. diocesis ingressus est domum Societatis Ie-u XII[a] Octobris 1549, et egressus est inde tertia Maii 1550. 8[a] iusdem confessus est Bernardo Oliverio. Item confessus est 17 iusdem eidem 23 id. ».

Licet codex anno 1549 scriptus fuerit, aliquae regulae in illo contentae potuerunt prius a P. Ignatio scribi vel promulgari. P. Polanco, secretarius, scribit ad annum 1548: « Hoc eodem tempore et Constitutionibus Societatis conficiendis et regulis P. Ignatius operam dabat; et partim oratione, partim rationis discursu, partim etiam experientia, ea quae ad instituti nostri rationem postea promulgavit, paulatim concinnabat ».

Unicum apographum Regularum 1549 notum est. Eius scribendi modus (orthographia) sive quia scriba non erat italus, sive quia imperitus, non parum differt a recta orthographia itala, praesertim in omissione consonantium duplicium. Non raro etiam adhibetur numero plurali desinentia *e* pro *i*.

In Biblioth. Nationali Romae, in cod. *Ms. gesuit.* 1442 (3571) pp. 139-145 est compendium harum Regularum scriptum, ut videtur, ineunte saec. XVII, sub hoc titulo: « Estratto da un libro della Casa professa dil tempo dil P. B. I. Nel primo foglio è scritto: L'offitii delle regole della Casa. 1549 ». Ex his verbis apparet praeviatorem eumdem codicem nostrum prae manibus habuisse. Continentur in codice plus minus integre: *Dalla regole communi di Casa secundo il tempo / Dell'offitio del ministro / Dal offitio del segrestano / Dall'offitio dell'infermario / Dall'offitio del crelenzaro / Dall'offitio del compratore / Dal offitio del coco / Dell'offitio di quello che fa andare a dormire / Del risvegliatore / Regola del silentio osservando in casa ... / Conclusioni delli sacerdoti di casa sopra di 5 ponti a loro proposti ... / Della differenza de cibi / Della singolarità in tavola / Dell'aspettare o non aspettare l'un l'altro in tavola / Del tempo del venire a mangiare / Dell'hortolano et della camera / [Del sindicare] / Li casi che seguirano si riservano etc.* / Postea addit: *Oltre l'offitii et punti sopra detti si trova in questo libro quello che nella messa si dice con voce alta; le regole per quelli che stanno in prima probatione; il regimento de' nostri che l'estate vengono a Roma di fuora.* Breviator non pauca omittit. Transcriptio est fidelis in his quae re-

tinuit; scribendi modum in melius mutavit. Cum ex nostro exemplari omnino dependeat, non videtur nobis amplius in eius descriptione immorari debere.

Non paucas ex regulis huius codicis, tam communes quam singulorum officiorum in compendium redegit latine P. Nicolaus Lancicius in opere « Dictamina Sti. Ignatii generalia »; praesertim in parte quae inscribitur: « Ordo domesticus tempore Sancti Patris Ignatii ». Lancicium hoc ipso codice usum esse constat ex his quae scripsit in codicis operculo, et ex aliis notis in textu appositis. Etiam ex eo quod dicit regulam de non danda re ulla sine licentia scriptam esse manu Patris Ignatii. Vide Reg. comm. 26.

17. *Instit. 178 I et II.* (Collectanea de Instituto). Magn. 0,328 × 0,143. Magnum vol. recenter divisum in duo. Primum continet ff. 1-276: alterum, ff. 277-521. Primum documentum est: « De praepositis inferioribus ». Ultimum: (XXI) « De cognomine Societatis ». Primum documentum secundae partis: « Disceptatio de statu professorum ». Ultimum documentum huius partis: « Dissertatio: / Quid abolita per Breve aut Bullam Apostolicam aliqua Religione, sentiendum sit de obligatione ad observantiam votorum solemnium relate ad Professos ».

18. *Instit. 186b.* Vol. magn. 0,230 × 0,165. In dorso. « Miscellan. / De Instit. S. I. / II ». Vol. constat 789 paginis, et continet viginti unum opuscula diversa simul ligata, et recenter una numerorum serie signata. Primum documentum est; « IHS. Regulae modestiae./ Modus qui tenendus est agendo cum Superioribus vel etiam cum aliis ». Ultimum opusculum, pag. 729 sqq. « De casuum reservatione ».

19. *Instit. 187.* Magnitudo externa: 0,330 × 0,215. In dorso: « Instruct. 1546-1582 / Instruct. I ». Est codex collectitius multis documentis inter se independentibus et diversae magnitudinis et temporis ordine chronologico parum accurate servato dispositis. Primum documentum incipit: « Jhs. Para conversar./ P° Asi como en conversar y tractar con muchas personas ... *In fol. 8v* » « Instruction para la jornada de Trento ». Ultimum documentum (fol. 365) est dimidiatum folium manu Polanci scriptum anno 1555 ». Ita est in fol. 365*v*: « 1555/ Addì 20 di Novembre./ Ricordo per far parlare / Car.nal Datario et Bacodi ».

20. *Instit. 206.* Vol. magn. 0,222 × 0,175. ff. 1-254. Recenter restauratum et ligatum, dorso et angulis pergamena contectis. In dorso: « H/Natalis/Instructiones/et Regulae / in Lusitania ». / Primum documentum est: « IHS. De officio Prouincialis ». Latine 13 capitulis constat. Ultimum documentum: « Avisos de diversas

osas útiles para el gobierno ». Sunt 134 paragraphi. In postrema gitur de modo tractandi superiores et aequales (Padre, Reverenia, Hermano, el hermano). Totus codex videtur pertinere ad seundam visitationem Patris Nadal a. 1561-1562 factam.

21. *Instit. 208*. Vol. magn. 0,230 × 0,175. ff. 1-496 signata unt recenter machina in imis paginis. In margine superiore sunt ragmenta antiquae numerationis, perturbato ordine. Codex recener ligatus forti charta, dorso et angulis pergamena protectis. In orso habet titulum: « Instit. 208 / H. Natalis. / Instructiones et Ionita. / pro Collegiis / Hispaniae et Lusitaniae / 1561-1562 ».

Hic codex in quo praeclara documenta continentur, quae . Nadal annis 1553-1554 et ann. 1561-1562 in Hispania et Lutania reliquit, descriptus fuit in MHSI, *Epp. P. Nadal*, I. pp. XXVII-XIX (codex 5), ut religatus erat a. 1898, et ampliore accuratissima escriptione, ibid. IV, pp. 59-92, ut erat a. 1905. Harum descriptioum usus difficilis factus est, quia in recentiore codicis restauratioe multa folia loco mutata sunt, post fol. 175 antiquum (fol. 178 ecens). Documenta illa pertinent ad secundam visitationem Patris adal et in fine codicis erant documenta pertinentia ad primam isitationem. Ordo erat praeposterus; sed multo difficilior factus st intermiscendo documenta utriusque visitationis.

Post non parvum laborem videmur nobis invenisse concordanam seu consensum foliorum prout erant in antiquo codice et prout unt nunc. Quam concordantiam, quia credimus studiosis utilem ituram hic dabimus. Exscribemus primum folia antiqua, prout sunt n *Epp. Nadal*, IV, 73-79, et immediate post folia moderna responentia. Igitur a fol. 1 ad 176 ordo documentorum nihil mutatus est. ol. 176 respondet fol. 426 moderno; FF. 176*v*-182*v* (Orden de la asa de S. Roque) ff. 426*v*-432*v*: FF. 183-184 (Orden dos noviços a casa de são Roque de Lixboa) ff. 433-434; FF. 185*r*-187*r* (De ofcio consultoris provincialis et rectoris) ff. 384-386*r*; FF. 187*v*-190*r* Respuestas del P. Mº Nadal en Coimbra) ff. 386*v*-389*r*; FF. 190*v*-92*r* respondent ff. 389*v*-390*r*; FF. 191*r*-192 (Resolución ...) ff. 390-91*r*; FF. 192*v*-198*v* (Extracto de algunas respuestas ...) ff. 391*v*-97*v*; FF. 198*v*-212*v* (Extracto de lo que dixo ...) ff. 397*v*-411*v*; F.214*r*-214*v* (Extracto de algunos avisos) ff. 412*r*-413*v*; FF. 216-19*r* (Respostas a agúas cartas ...) ff. 414*r*-417*r*; FF. 220*r*-222*r* (Insrución para el comissario) ff. 418*r*-420*r*; FF. 222*v*-224*v* (Orden e la casa de san Roque) ff. 420*v*-422*v*; FF. 226*r*-228*v* (Extracto e la instrucción particular ...) ff. 423*r*-425*v*. Post haec in nova odicis restitutione folia antiqua maxime perturbata fuere. FF. 230*r*-34*r* (Pars Directorii Exercitiorum) ff. 492-496*r*; FF. 235*r*-236*v* (Quo odo in dandis exercitiis ...) ff. 490*r*-491*v*; FF. 240*r*-241*v* (De rebus articularibus ...) ff. 435*r*-436*v*; FF. 242*r*-247*v* (Determinaciones de os estudios de Ebora) ff. 437*r*-442*v*; FF. 247*v*-254*r* (Avisos de diveras cosas útiles) ff. 442*v*-449*r*; FF. 254*r*-268*r* (Lo que dixo el P. Nadal

en Lixboa) ff. 449*r*-463*r*; FF. 268*v*-273*r* (Resposta d'algunas duvidas) ff. 463*v*-468*r*; FF. 273*v*-277*r* (Respuestas de algunas cosas) ff. 468*v*-472*r*; Fol. 277*r* (Orden do livro dos votos) f. 472*r*; FF. 277*r*-279*r* (De rebus particularibus provinciae Portugalliae) ff. 472*r*-474*r*; FF. 279*v*-284*v* (Instrución para el Provincial) ff. 474*v*-479*v*; Fol. 285*r* (El modo que han de observar ...) fol. 480*r*; FF. 285*v*-286*r*: ff. 480-481*r*; FF. 286*r*-287*v*: ff. 481*r*-482*v*; FF. 287*v*-289*r* (Orden del colegio de Ébora general) ff. 482*v*-484*r*; FF. 289*r*-290*r* (Ordem dos noviços do collegio d'Evora) ff. 484*r*-485*r*; FF. 290-294*r* (Respostas etc.) ff. 485-489*r*. [Finit prima pars codicis].

Secunda pars codicis describitur in *Epp. P. Nadal*, IV, p. 81 sqq. In hac secunda parte ordo documentorum non mutatus est. Numeri antiqui 1-244 in summo margine foliorum respondent foliis modernis 179*r*-383*v*, et facile inveniri potest quidquid in illis continetur.

22. *Instit.* 220. Vol. magnitudinis ca. 0,235 × 0,180, recenter restauratum, multis foliis tela serica contectis, forti charta, dorso et angulis pergamena contectis. In dorso habet titulum: « H. Natalis / Instructiones / et Regulae ». In parte interiori operculi collata sunt fragmenta aliqua quae erant in dorso antiquo. In f. 1*r* scriptum est: « Mélanges / n° 68 ».

In fol. 2*r*-*v* est index antiquus, qui incipit: « Consultata de rebus Germaniae », et explicit: « De Actis B^{i}. P. Ignatii ex P. Ribadeneira ».

In ff. 3-4*v* est idem index manu Patris Nadal scriptus.

Primum Monumentum huius codicis ita incipit in f. 5*r*: « Jhus. / Consultata de rebus Germaniae et decisa a P^{re}. Praeposito in Congregatione particulari. / 1° Quomodo satisfaciendum sit professoribus et aliis qui postulant a Doctoribus nostris testimonium de suscepto in Academ^{ia} legitime doctorato ».

N.B. Tractatus Patris Ribadeneirae « de Actibus Patris Ignatii », qui citatur in duplici indice antiquo abrumpitur nunc in fol. 351*v* illis verbis: « ... porque dezia que los que leyan el buen libro se ». Cf. MHSI, MI, *Scripta*, I, 393.

In ff. 352-353 sunt « Regole del P^{re}. nro. M. Ignatio », quae incipiunt: « I^{m} Nunquam contradicas »... [Edita in MI, *Epp.* XII, 678-689].

In ff. 354-358 sunt autographa quaedam Patris Nadal « Orden de oratión ».

Omnia quae in codice continentur videri possunt in longa codicis descriptione apud MHSI, *Epp. Nadal*, IV, 41-56 (codex 68). Notandum tamen aliqua folia alio modo collocata esse, sic v. g. ff. 396, 397, 398, 399 antiqua ubi erant annotationes autographae Natalis in bullam Pauli 3^{i}. 1549, et Iulii 3^{i}. seu tertium documentum quod ibi p. 56 recensetur, posita sunt partim post f. 292 antiquum, in ff. 255-259 recentioribus.

23. *Lus.* 107. Parvus codex, magnitudinis 0,200 × 0,152; forti charta compositus et dorso pergamena munitus. In dorso haec scripta sunt: « P. Sim. / Rodrig. / Prim. Ord. / e / Reg. / in / Portogallo ». Constat 100 foliis stilo lapideo signatis.

f. 1 est charta pergamena cuiusdam libri antiqui. Supra antiquam scripturam recenter scriptum est: « Varii abbozzi de Regole d[ella] Comp[ia]. » et paulo inferius: « Prime Ordinazioni e Regole / Proposte dal P. Simone Rodriguez in Portogl[o]. ».

f. 2*r-v* Continet aliqua fragmenta epist. Patris Roderici: *a*) « Isto mandou dir o padre Me Simão per hûa carta sua ». Cf. *Epp. Broet*, 612 (n. 37); *b*) « E per outra de VII de Junho 1548 ». *Ibid.* 612-613 (n. 38); *c*) « E per outra carta ». *Ibid.* 613 (n. 39).

f. 3*r*-5*v* « † Jhus. Regimento da ordem et oficios de casa / Regras do Rector. f. 5*v* *album.* f. 6*r-v* Procurador f. 7*r-v* M[te] [Mestre]de casa. f. 8*r-v* Porteiro. f. 9*r-v* Emfermeiro. f. 10*r* Boticairo. f. 10*v* Guardaroupa. f. 11*r*-12*r* Guardaroupa de linho. f. 12*v*-13*v* Refeitoreiro f. 14*r* Despenseiro. f. 14*v* *album.* f. 15*r* Cozinheiro. f. 15*v* *album.* f. 16*r* Hospedeiro. f. 16*v* *album.* f. 17*r* Comprador. f. 17*v* *album.* f. 18*r* Despertador. f. 18*v* Varredeiro. f. 19*r* O que acende as alampadas. f. 19*v* *album.* f. 20*r-v* O que tem cargo dos livros. f. 22*r*-22*v* S. Christão (*sic*). f. 23*v* *album.* f. 23*v* † O leitor. f. 24*r*-27*v* † Regla geral ».

NB. Sub n. 26, inter fol. 25*v* et 27*r* agglutinata est parva scheda circa *consiliarios*, quae omnino extra locum est. f. 28*r* † Examen geral da conscientia. ff. 28*r*-30*r* Avisos spirituaes, os quaes se lerão todos os sabados antes da confissão. ff. 30*v*-31*v* *alba.* ff. 32*r*-33*r* † Regras pera os que andaren fora dos estudos exercitando sua vocação ... f. 33*v* Trelado de hua carta que o p. Me Simão escreveo ao Rector do Collegio sobre o modo que os confessores hão de ter. Cf. *Epp. Broet*, 613-614 (n. 40). ff. 33*v*-34*v* Trelado de outra carta do padre M[te]. Simão pera os irmãos. *Ibid.* 618-619 (n. 43). ff. 34*v*-36*r* Trelado de hua carta que o irmão Belchior Cota escreveo ao P. Luis Glz. a Almeyrim. Cf. *Epp. Broet*, 811-814 (n. 17). f. 36*v* Repetuntur duo ultimi versus f. 36*r*. Cetera alba. f. 37*r-v* *album.* ff. 38*r*-40*v* † Avisos pera os Peregrinos. ff. 41*r*-45*r* Pratica mais particular das regras acima ditas. ff. 45*v*-50*v* *alba.*

ff. 51*r*-52*v* « † Jhus. Liber ordinis et offitiorum domus. / Quae sint partes Rectoris. f. 53*r-v* Oeconomus. ff. 54*r*-55*r* Ostiarius. ff. 55*r*-56*r* Infirmarius. f. 56*v* Qui curam habet indumentorum. f. 57*r-v* Qui curam habet vestium linearum. f. 58*r-v* Qui curam habet coenaculi. f. 59*r* Pennarius [*sic*]. f. 59*v* Coquus. f. 60*r* Hospes. f. 60*v* Emptor. f. 61*r* Excitator. f. 61*r-v* A scopis. ff. 61*v*-62*r* Qui accendit lampades. f. 62*r-v* Qui curam habet bibliotecae. ff. 63*r*-64*r* Custos. ff. 64*v*-66*v* Regula generalis. ff. 66*v*-67*r* Examen generale conscientiae. ff. 67*r*-69*v* Documenta

spiritualia quae lecturus est unusquisque sabatis ante confessiones. ff. 70*r*-73*r* † Documenta pro peregrinis. ff. 73*r*-77*r* Tractatus specialior de regulis supradictis. ff. 78*v*-80*v alba*. ff. 81*r*-87*r* Jhus. Modo que se ha de ter nos collegios da Companhia e no receber dos estudantes della. f. 84*v* Preparação pera os votos. ff. 84*v*-86*r* Forma dos votos. *NB*. Sub n. 85 inter ff. 84*v* et 86*r* est parva scheda agglutinata, quae hunc habet titulum: « Meditação pera fazer depois dos votos ». ff. 86*r*-87*r* [*Quaedam circa probationes et siudia*]. f. 87*v album*. f. 88*r*-*v* [*Ritus quidam professionis faciendae*]. f. 89*r*-*v* Lembrança que o principe christião deve ter. Cf. *Epp. Broet.*, 874-875. ff. 90*r*-94*r* [*De confessariis fratrum*]. ff. 94*v*-100*r alba*. *NB*. In f. 100*v* sunt aliqua verba ut *Regime*, *Regimento* etc. quae videntur per iocum scripta ab amanuensi. Bis saltem est nomen « Antonio Cordeiro », qui posset esse scriptor maioris partis codicis. Quidam Antonio Cordeiro ingressus est Societatem in Lusitania ineunte anno 1547, ut annotatur in cod. *Lus.* 43, f. 3*r*.

24. *Rom. 157 I*. Vol. magn. 0,300 × 0,223. FF. 01-02 et 1-230. Recens compositum et ligatum, dorso et angulis pergamena contectis. In dorso habet: « Romana / Histor. / Coll. / German. / I / 1552-1625 ».

In fol. 01-02 est minuta scripta manu Patris Polanci ad S.C.R.M. circa quosdam iuvenes bohemios, qui Romam venerant ut in collegio germanico studiis vacarent. In fol. 02*v* scriptum est manu coaeva: « Minuta della lettera de Don Diego Lasso per lo Re di Rom. ». In margine superiori etiam est scriptum stilo lapideo recentiore tempore: « 1555/IX vel X ». Folia codicis habent in margine superiore diversos numeros romanos et arabicos cancellatos et in margine inferiore numeros continuos et recenter machina signatos.

Primum documentum (ff. 2-3): « Copia di una lettera scritta da sant Ignatio di Loyola / al Sig.re Cardinal di Carpi intorno alla fondatione / del Collegio Germanico ». « De Roma 29 de Julio 1552. Ignatio ». In fine litterarum adest haec attestatio: « Concordat in omnibus cum Originali asportato ex Provincia Lusitana et applicato collegio Germanico. Romae 19 Januarii anno 1668. Gar. de Gouvea, Assistens Lusitaniae. / Idem affirmo ego Alex. Fuscus, Assistens Italiae. / Carolus de Noyelle, Assistens Germaniae. / Sebastianus Izquierdo, Assistens Hispaniae. / Claudius Boucher, Assistens Galliae. // Hieronymus Cattaneus (Secretarius) ». Epistola edita est in MHSI, MI, *Epp.* IV, 339 sqq. Ultimum documentum huius volu'nis (ff. 229-230) sunt quaedam observata circa bullam vel Breve de collegio germanico. *Incipiunt*: « Quare motu proprio »... *Exliciunt*: « multitudo legum videtur contrahenda, in meliorem ordinem redigenda et sine auctoritate Pontificis proponenda, ut omnia passim cum aedificatione legi possint ».

25. *Rom. 203.* Parvus codex, magnitudinis 0,155 × 0,110, forti harta contectus. FF. 1-23 constat, stilo lapideo in margine supe-ore signatis. In parte externa tegumenti chartacei habet: « Regulae ommunes. Col. Rom. Ms. / Kalen. Ian. 1560. / Et Notabilia quaedam e B. P. N. Ignatio / Et Formulae Professionis P. B. Ign. et Socio-um / in Ecclesia S. Pauli, 22 Apr. 1541 ». Sequuntur signa colloca-ionis moderna, *Rom. 203,* et antiqua: *IX. 9.*

In fol. 1*r* iterum repetitur pars frontis. In ff. 2*r*-7*v* sunt Regulae ommunes collegii Romani sexaginta paragraphis, numeris roma-is praefixis, contentae. Prima regula incipit: « Omnes quotidie sa-rificio intersint... Ultima regula: « Legant singuli singulis men-ibus has Regulas »... Ad finem: « Romae, Anno MDLX. Calend. Ja-uarii. / Leonetus Galiardus (vel Galiardij), ora pro Ludovico Ga-liardo ».

In ff. 9*r*-10*v* sunt aliqua ex Memoriali Patris Ludovici Gonza-ez de Camara (italice). In ff. 11*r*-14*r* Narratio professionis S. Igna-ii et sociorum (italice); ff. 14*v*-15*v* alba; ff. 16*r*-22*v* « Jesu + Maria. – Queste sono risolutioni d'alcuni dubii appartenenti alli colle-iali della Compagnia di Jesù, quali un scholare di detta Compa-nia cavò da certi ragionamenti havuti con Nro. Pre. Ignatio ». Haec interrogationes et responsa, quoad substantiam, similia sunt llis factis et datis P. Antonio Brandano (Brandão), edita hispanice uasi essent anni 1551 in MHSI, MI, *Epp.* III, 506-513.

Descriptus est hic codex in MHSI, MI, *Epp.* I, 38 (codex 17).

26. *Sicut 197 I.* Vol. magnitudinis 0,335 × 0,250. FF. 1-264. Re-ens restauratum et ligatum dorso et angulis pergamena. In dorso abet: « Sicula / Fund. / Coll. / V / Messan. ». Continet documenta d collegium messanense pertinentia. Primum documentum (ff. 4-4) est apographum erectionis Montis pietatis Messanae, die 8 mensis ugusti 1555. Ultimum documentum in fol. 264, incipit: « Messanen-is Contractu. Civitas Messanensis loco unciarum 190 quas »... Est ninuta sine anno, sed praecedit copia anni 1590, signata N° XXXXV.

27. *Venet. 116 I et II.* Vol. magnit. 0,335 × 0,240. FF. 1-581a. Divisum recenter in duas partes. Prima pars (Venet. 116 I) continet f. 1-248 et documenta ad collegium parmense S. Rochi et ad con-rictum parmense nobilium spectantia. Altera pars (Venet. 116 II) f. 249-581a, continet documenta spectantia ad collegia patavinum et placentinum. Primum documentum huius partis ff. 250-251, per-amena scriptum est: « Paduan. / Procura di Mons.re della Trinità / di Venetia in persona di Mr. Pietro Codatio et dottor Torres »... et atine: « Procuratio D. Andreae Lippomani pro resignatione Eccle-iae S. Maria Magdal. Collegio Patavino » [1545].

28. *Vitae 131.* Vol. magnit. 0,290 × 0,230. FF. (in margine su-per.) 01-363a. Recenter restauratum et ligatum dorso et angulis pergamena. In dorso: « Nadasi / Vitae illustr. II ». FF. in marg. su-

per. 328-337. Ad diem XXVI Oct. 1574 est Vita P. Leonardi Kesselii. Nat. Lovanii anno 1518, occisus Coloniae 1574. 26 Octobris.

Codices ad Archivum Soc. Iesu Romanum non pertinentes

I — *In Italia*

29. Roma. — *Bibliotheca apost. vaticana.* Ex benevola concessione Patris Dom Anselmi Albareda praefecti bibliothecae, potuimus privatim examinare pretiosum codicem Horarum Catharinae de Medicis, Galliae reginae, quae pro tempore ibi custodiebatur.

30. Roma. — *Bibliot. Nazionale, Ms. gesuit.* 1372 (3501). Videsis eius longam descriptionem in MI, *Fontes narr.*, I, 83*-89*. Ibid. *Ms. gesuit.* 1442 (3751). Vide ibid. p. 89*.

31. Roma. — *Fondo gesuitico al Gesù.* Haec documenta quae servabantur in *Piazza del Gesù, 45,* ante non multum tempus translata sunt ad *Borgo S. Spirito, 5.* Aliqua documenta ligata sunt ut codices, alia multa adhuc soluta sunt et in capsis (*Busta*) suis numeris distinctis continentur. Intra ipsas capsas, singula documenta adhuc non bene aliquando distincta sunt. Quando aliquo ex his documentis usi sumus, conati sumus illud ita distinguere, ut facile inveniri possit, si quis illud quaesierit.

32. (*Ci*) Romae in Bibliotheca-archivo Collegii Scriptorum *La Civiltà Cattolica,* nullo adhuc signo notatus exstat liber et simul codex, qui continet aliquas regulas Societatis Iesu typis editas annis 1560-1561, et complures alias manuscriptas antiquas. Libri magnitudo est, 0,172 × 0,120. Folia sunt 108, sed numeris carent. Fuit recentissime de novo religatus anno 1940. Post fol. album custodiae causa positum, est aliud fol. in cuius facie versa scriptura saec. XIX haec nota posita est: « Questa è la 1ª edizione / delle Regole etc. fatta / nel 1560: con Regole / manoscritte. — Ora sono / molto cambiate nella forma. / Questo libretto raro è da unire / alla 1ª. ediz. delle Costituzioni / in cui calce sono gli ordini / di Paolo IV sul Coro e / generale a tempo ». [Cf. MI, *Constit.* III, pp. CXXIX-CXXX. 1 b].

In fol. sequenti est: « Tavola di tutto quel che si / contiene in questo libro: Pº. Quaedam ex constitutionibus cum Regulis communibus.

2º Offitium Rettoris / 3º Regulae Praefecti eccae. / 4º Offitium editui / 5º Regulae sacerdotum / 6º Offitio del Procurator della sanità / 7º Offitio del Prefetto dei studii / 8º Offitio del Ministro / 9º Offitio del Sindico / 10. Offitio delli Maestri / 11. Offitio delli nri. scolari / 12. Regole della Modestia / 13. Offitium magistri novitiorum et confessoris / 14. Offitio del Sottominstro / 15. Offitio del

Portionista / 16. Offitio del spenditore / 17. Offitio del cocco / 18. Offitio del sveatore [*sic*] / 19. Offitio del infirmiero / 20. Offitio del dispensiero / 21. Regole della provisione dell'viver di casa / XXII. Quaedam Regulae his proponendae secundo die, qui in Domum probationis sunt admissi / XXIII. Regole del Aromatario / 24. Offitio del Portiero / 25. Offitio del guarda Robba / 26. Offitio del Sartore / 27. Offitio dei Maestri iterum ». [Diversum a n°. 10].

Huius indicis scriptura satis antiqua videtur, unde concludere licebit regulas manuscriptas iam antiquitus cum typis impressis simul ligatus fuisse. Numeri continui per totum librum non erant. In libri fronte est nota litteris antiquis scripta: « † *Coll. Poenit. Soc.is Jhu.* ».

Exemplaria huius editionis romanae ann. 1560-1561, sunt admodum rara, nec indicata sunt a Sommervogel in sua celebri « Bibliothèque ». A Patribus Uriarte et Lecina indicatur editio romana 1560 in opere « Anónimos », V, n° 6950, sine materiae contentae clara descriptione. Ob eius raritatem (unum aut alterum exemplum praeter hoc notum est) describemus eam prout est in libro praecitato: *In libri fronte*: « *QVAEDAM / EX CONSTI- / TVTIONIBVS CUM / REGVLIS COMMVNIBVS / SOCIETATIS* / excerpta ». (Vide imaginem photographicam in pag. 546) / *fol. versum album.* Sequuntur pag. 28 signatae numeris a 2 ad 28. Textus incipit: *QVAEDAM EX CONSTI / TVTIONIBVS EXCERPTA, / QUAE AB OMNIBVS / obseruari debent. / SVMMA Sapientia et bonitas Dei* ». Estque quod vulgo dicimus « Summarium Constitutionum ».

Pag. 15 ad 28 sunt: « *REGVLAE OMNIBVS IIS / communes, qui domi agunt* ». Divisae sunt in tres partes. Paragraphi non habent numeros praefixos. Sequitur fol. album.

Postea in eodem libro sequitur longum Rectoris officium, in decem et septem capita distributum, et 27 paginis contentum. Frons opusculi est: « RECTORIS / OFFICIVM » (parvum ornamentum). In quadro: anagramma nominis Iesu. Infra habet tres clavos, radios rectos et flammiferos emittit. Intra circulos sunt verba: « †. HOC VNO EST TANTVM NOMINE CERTA SALVS ». In quatuor angulis sunt totidem flores. In ima pagina: « *ROMAE, in aedibus Societatis / IESV / 1561* ».

Post officium Rectoris sequitur aliud opusculum: « REGVLAE / PRAEFECTI / *Ecclesiae* ». Ornata est frons anagrammate nominis Iesu omnino simili illi quod est ante primum opusculum seu « Quaedam ex Constitutionibus ». In ima pagina: « *ROMAE in aedibus Societatis / IESV / 1561* ». In hoc opusculo non numerantur paginae, sed folia; suntque 4.

Sequitur in quatuor aliis foliis, quae notata sunt non numeris, sed solum in imis paginis: primum littera *A* et alterum *Aij* « OFFICIUM / AEDITVI ». Et in quatuor aliis foliis quae solum in ima pag. primi signantur littera *A*, « REGULAE / *sacerdotum* ». Typi

sunt ut praecedentes, locus et annus impressionis deest. Quae in libro sequuntur sunt manuscripta quae supra indicata sunt.

II. — *In Hispania*

34. [Castro, Christophorus de, S. I., *Historia Collegii Complutensis Soc. Iesu*]. Huius operis complura exstant exempla manuscripta antiqua et recentiora. Nos usi sumus exemplo antiquo, ineunte saeculo XVII, ut nobis videtur, scripto. Constat hoc exemplum, pertinens nunc ad Bibliothecam Domus Scriptorum Societatis Iesu Romae (Institutum historicum Romanum Societatis Iesu) et notatum, R. 122-E-5-6 duobus voluminibus, quorum primum, quod bibliothecae Noviciatus Matritensis Soc. Iesu fuit, continet octo priores Historiae libros; alterum, quod fuit Domus probationis Villaregiensis, libros sequentes, a nono ad decimum tertium. Ut hoc exemplar ab aliis similibus distingui possit, ampliorem descriptionem subiungemus.

Primum vol. magnitudinis 0,350 × 0,220, pergamena contectum, habet in parte exteriori tegumenti sequentia, quae videntur scripta saec. XVIII (et probabiliter post expulsionem Societatis Iesu ex Hispania a. 1767): « Istoria de el Colegio de la Compañía / de Jesús de Alcalá de Enares / Cópiese la portada / Acaba en el año 1617 [1] es 1ª pᵗᵉ / Clase 6ª / Div. 2 / Num. 1 / Relacᵐᵉˢ e Historias ».

Intus, post fol. album, in fronte manuscripti, scriptura coaeva, haec habentur: « Historia Del Colegio de la Compª / de Jesus de Alcala / de Henares // Compuesta por el Pᵉ Christobal / de Castro de la misma Compª Lector de escrittura en Alcala / y Salamanca. // de la libreria del noviciado de la Copª. de Jesus de Madrid ». *Inferius, alia manu*: « Silya / Jhs ». *In margine destro, linea transversa*: « Xpoual. Xpoual Ruiz ».

In ff. I-II, recentius numeris romanis stilo lapideo signatis, est dicatio operis litteris grandioribus: « A los Padres / y Hermanos del Collegio / de la Compañía de / Jesus de / Alcala. el Author ».

Incipit: Muchos años ha carissimos Pᵉˢ y Hᵒˢ que lo Superiores ... *Explicit* ... Jesu Xpo que da el fabor y fuerças para trauaxar y dara al fin la corona — Christobal de Castro ».

Subscriptio haec auctoris videtur autographa; unde hoc primum volumen scriptum esset ante finem anni 1615 quo P. Castro obiit. Alterum videtur scripturae aliquantum posterioris.

Sequuntur ff. 1-259 atramento in margine superiori signata. Fol. 1 incipit: « JHS. / Libro primero de la historia del collegio / Complutense de la Compañía de / Jesus ». Fol. 259, ubi est pars ultima capitis 6 libri octavi, (qui liber agit de morte et virtutibus

[1] Haec supponunt alia vol. quae nos non habemus, quia nostrum vol. primum finit an. 1557 et secundum a. 1599.

Patris Francisci de Villanueva) ita explicit: « ... para que sea vea quanto más haze la virtud que las letras, y cómo ceden todas las sciencias a la virtud // Fin de la primera parte desta / Historia Complut^se ».

Volumen secundum nostrum pergamena contectum ut primum et similis magnitudinis, constat 290 foliis atramento in margine superiore numeris arabicis signatis. In margine etiam superiore sunt alii numeri antiquiores, qui non folia, sed paginas signant. Prima pagina folii primi signata est numero 595, et secunda pagina folii 290 numero 1174. Illud etiam notandum in hoc volumine, quod incipiendo a fol. 1*v* per totum volumen, in paginis paribus et imparibus in margine superiori indicatur liber historiae et caput de quo agitur. Ita v. g. fol. 1*v*-2*r* « lib. 9 de la historia del collegio Complut. de la Compañia de Jesus. Cap. 1 ». Sunt etiam in margine inferiore, litterae minusculae duplicatae, quae terniones vel quaterniones signant, a kk ad MMMM.

Igitur volumen hoc incipit: « LIBRO NONO. / De la historia del collegio Complu- / tense de la Compañía de Jesus. / Prologo / a los P^es y hermanos del Collegio de Alcala / de la Comp^a de Jesus. / Abemos hasta agora escrito, charissimos Padres y hermanos, ... ».

Finis voluminis est: « Otros tomarán el trauajo de proseguir desde el año de 1600 en adelante. / Amen.

Han sido recebidos en este collegio de Alcalá p.^a la Comp^a desde que entró en la Universidad el Hermano Francisco de Villanueva fundador deste collegio el ⌈fol. 290*v*⌉ año de 1543. hasta este de 1599. setecientos y sesenta [2], diez y octo Doctores, uno dellos Abbad de S^ti. Juste; quarenta maestros, y trei^nta y seis liçençia / dos, y los demás / de menores / grados.

De la cassa de probazión del Villarejo de Fuentes. de nobicios ».

Duo haec nostra volumina brevissime indicata fuere in MHSI, *Epp.Mixtae*, II, 892. Ibidem, pp. 890-892 (codex 9) describitur aliud exemplar antiquum huius historiae complutensis collegii, cuius tomus primus comprehendit duos nostros, ad annum 1600; et tomus alter historiae continuationem ad annum 1634 a Patre Alphonso Esquerra scriptam.

35. *Tolet.* Codex procedens ex antiquo collegio Societatis Iesu in urbe Ocaña, Provinciae Toletanae; et nunc servatur in *Bibliotheca Seminarii archiepiscopalis* urbis Toleti, sub signo *Ms. 60*. Eius accuratam descriptionem dedit P. Michaël Nicolau S. I., in periodico *Archivo Teológico Granadino*, 6 (1943), 141-153, sub titulo: *Un manuscrito concerniente a las Reglas de la Compañia de Jesús y al P. Jerónimo Nadal* (1507-1580).

---

[2] In codice descripto apud *Epp. Mixtae*, l. c. (p. 891) editores legerunt: setecientos y *setenta*.

INDEX OPERUM

QUAE IN HOC VOLUMINE USURPANTUR

Acta Sanctorum (AA. SS.) v. Pinius.

AHSI = *Archivum Historicum Societatis Iesu. Periodicum semestre ab Instituto Historico S. I. in Urbe editum.* Roma, 1932 sqq.

Alcardo, José Manuel, S. I. — *Comentario a las Constituciones de la Compañía de Jesús.* 6 vol., Madrid, 1919-1932.

In urbe conimbricensi in Lusitania fundatum est collegium Societatis anno 1542 a Ioanne III Lusitaniae rege. Illuc scholasticorum colonia deducta a patre Simone Rodriguez hoc anno ineunte [1]. Anno 1545 scripsit P. Simon Rodr. et anno 1546 edidit codicem Regularum pro incolis illius collegii [2]. In epistola ad S. Ignatium data Ebora die 10 augusti 1545 dicit: « ... Las cosas de Coimbra van tanto adelante, que por más que yo las escriba, no las creeréis. El tiempo que allá estuve, saqué en escrito toda la ordem de la casa y regimiento, y reglas para todos los oficiales que se pueden tener; y acabé un gran cuydado por gracia de Dios. Holgara de podéroslo mandar, para lo concertardes y aprovardes para más mi contentamiento; y creio que para cualquiera collegio de Spanna puede este servir » [3]. In epistola scripta ex urbe Santarem die 13 augusti 1546 ad P. Martinum de Santacruz, collegii conimbricensis rectorem, dicit se illas regulas scripsisse quia a Patre Ignatio nullas habere potuit, etsi eas ab illo petiisset [4]. Regulas patris Simonis ad P. Ignatium pervenisse ante finem anni 1547 ex eo constat, quod P. Polanco, Ignatio ab epistolis, aliquas ex illis in compendium hoc anno redegit in scripto cui titulum imposuit: « *Constitutiones que se guardan en los collegios de la Compañia* » [5].

Harum regularum textus originalis ignotus est, sicut et primum apographum Romam missum. Invenitur tamen in archivo Soc. Iesu Romano, sub signo *Lus. 107*, codex antiquus, saeculi XVI, in quo continetur collectio regularum lusitanice et latine scriptarum, quae creduntur esse Regulae patris Simonis Rodriguez. Nulla est in codice antiquo auctoris indicatio. In fol. pergameno, quod codicem contegit, et nunc numero 1 signatum est, sunt hae inscriptiones recentiores: « Varii abbozzi di Regole della Compagnia », et « Prime ordinazioni e Regole, proposte dal P. Simone Rodriguez in Portog.lo » et in dorso: « P. Sim. Rodrig. Prim. Ord. e Reg. in Portogallo ». Quamvis hae inscriptiones saec. XIX positae sint, nulla videtur esse ratio dubitandi de libri auctore. Nec a quopiam dubium

---

[1] Cf. Rodrigues, Francisco, *História da Companhia de Jesus na Assistência de Portugal*, I, liv. II, c. IV, p. 304 sqq.

[2] Cf. MHSI, *Epp. Broëti*, 445-449; 822-875.

[3] Idib. 549.

[4] Ibid. 547.

[5] Cf. MHSI, *Mon. Paed. S. I.*, 78 sqq. et Leturia, *La hora de meditación en la Compañia naciente*, apud AHSI. 3 (1934) 56, nota 65.

motum esse scimus. Apographum quod nunc est in archivo Soc. Iesu Romano non videtur scriptum ante annum 1549, quia in fol. 34*v* transcribuntur duae epistolae, altera patris Simonis, altera patris Melchioris Cota, scriptae diebus 29 ianuarii et 23 martii 1549. Nulla ratio indicat has epistolas insertas esse post alia documenta quae in codice sunt [6].

Reliqua de Regulis P. Simonis videsis supra in Praefatione totius voluminis, cap. III.

De versione latina antiqua regularum patris Simonis Roderici.

In eodem codice *Lus. 107*, post textum lusitanum regularum, aliquibus foliis albis interiectis, in ff. 51*r*-77*r*, exstat versio latina antiqua harum regularum. Versio videtur coaeva et inedita. Primi editores harum regularum illam praetermiserunt. Existimamus non futuram inutilem accuratam comparationem duorum textuum, lusitani et latini, inter se. Versio enim latina retinuit aliqua quae in textu lusitano deleta sunt, et ideo in editione desiderantur, nec hae lituraе ab editore indicatae sunt. Quia lingua lusitana minus nota est, utile duximus hanc versionem edere. Versio est satis litteralis. In *Regula generali* praesertim et in *Monitis* seu *Documentis spiritualibus* sunt non paucae correctiones, non ab amanuensi, sed ab alio factae, cuius scriptura non lusitana, sed gallica vel belgica est, saepe difficilis lectu. Correctiones generatim sensum non afficiunt sed stilum, breviorem elocutionem primaevam reddere cupientes.

Desiderantur in versione regulae procuratoris et lectoris ad mensam.

Aliqui tituli officiorum (qui tituli non usurpati sunt postea) notari merentur. Qui in textu lusitano dicitur *Mestre de casa* (= Magister domus) in versione dicitur *Oeconomus*, fortasse minus proprie. In regulis romanis dicitur *Minister. Porteiro*, qui in regulis romanis dicitur *ianitor*, in hac versione appellatur *ostiarius. Dispenseiro* dicitur *pennarius*. Duplex *n* fortasse est mendum amanuensis. Ceterum, etsi *penarius* substantive non inveniatur in lexicis latinis, adiective positus invenitur, ut cella *penaria* (ex *penus*). In regulis romanis dicitur *dispensator. Sancristão*, qui in regulis romanis dicitur *aedituus*, hic appellatur *custos*, quod nomen satis commune erat in medio aevo, ut est apud Du Cange, v° custos. Interpres vertit verbum *reitor*, *rector* per verbum *paterfamilias*, quod ab alio semper mutatum in verbum *rector*.

[6] Quid in codice contineatur vide in descriptione cod. *Lus. 107*.

MON. 4

REGULAE RECTORIS

Apographum in cod. *Lus. 107*, ff. 3*r*-5*r*. Versio latina ibid. ff. 51*r*-52*v*. Textus lusitanus editus in MHSI, *Epp. Broëti*, 822-824. Vide *Praefationem*, cap. III. Conferri possunt quae de *Praefecto* dicit S. BASILIUS in *Regulis fusius tractatis*, Interrogat. 25, 30 etc.; et in *Regulis brevius tractatis*, Interrogat. 113 etc.; S. BENEDICTUS, *Reg.* c. 2 (Qualis debet esse Abbas); FR. HUMBERTUS, *De Instructione officialium*, c. 3 (De officio prioris conventualis); *Consuetudines Fratrum Vitae communis Domus Zwollensis* (De Rectore).

Summarium: *Praemissa consideratione de modo agendi Iesu Christi cum Martha eiusque sorore Maria, quae vitam activam et contemplativam significant, quatuordecim paragraphis munia rectoris exponit.* — 1. *Ne superbiat ex munere sibi commisso.* — 2. *Ne sit austerus, sed potius amabilis.* — 3. *Sit benignus et mansuetus.* — 4. *Exemplum Christi sese abicientis prae oculis habeat.* — 5. *Agat cum tentatis in spiritu humilitatis.* — 6. *Primae mensae adsit, regulasque communes servet.* — 7. *Sollicite subditorum conversationi invigilet.* — 8. *Quomodo in temporali domus administratione se gerere debeat.* — 9. *Non sit levis in rebus extraordinariis iniungendis.* — 10. *Domus mobilia in scripto notata habeat.* — 11. *Audiat confessionem generalem eorum qui primo Domum veniunt.* — 12. *Raro sororum monasteria vel ipse adeat, vel subditis adire permittat.* — 13. *Loquendi facultatem cum his qui domum reliquerunt vel ab ea expulsi sunt, nisi in specialibus casibus, non tribuat.* — 14. *Quando e domo egrediatur, alium suo loco substituat, ianitorique illius nomen declaret, ut fratribus communicari possit.*

†

JESUS

Regimento da ordem e oficios de casa

REGRAS DO RECTOR

O reitor[1] lembre-se que diz o apostolo Sam Johão aos 11 cap.: « Diligebat Iesus Martham et sororem eius Mariam »: e que primeiro dixi Marta que Maria, e com ella primeiro falou que com Maria, pera mostrar quam apraziveis e acceptos lhe são aquelles que se exercitão por elle em trabalhos, e como nunca falta nas tribulações, mas nellas visita e consola, como a Marta na morte do irmão, dizendo: « resurget frater tuus »[2] etc. E posto que algumas vezes se ache afadigado e lhe pareça que está alongado do Senhor pola diversidade das ocupações, e cuide o que dizia Marta: « Domine si fuisses hic, frater meus non fuisset mortuus »[2]; Senhor, se vós estiveseis aqui nestes trabalhos, nom morreria meu spiritu; se isto fose vosso, nom cairia eu em tantas faltas e imperfeições. Nom perca a esperança nem desconfie: « et si moram fecerit expectet eum, quia veniens veniet et non tardabit »[4]; e crea firmemente que, pois tudo faz por Christo, que elle o alevantaraa e vivificaraa, « quoniam qui credidit in eum, etiam si mortuus fuerit, vivet »[5]. E asi mesmo se lembre que, por mais que [f. 3*v*] revolva, nom o há-d'achar senão por trabalhos, e estes são os que nos trazem as novas de Christo, como Marta, polla qual aqui entendemos a vida activa; louvou a Maria Madanella, pola qual entendemos a contemplativa. Asi como diz o evangelista que, depois de Marta aver tido algumas praticas com o Senhor, « abiit et vocavit Mariam sororem suam silentio »[4]: com silentio diz, porque, posto que se exercite na vida activa, que hé algum pouco mais desasosegada, todavia tudo há-de fazer com repouso e quietação, chamando e mandando com spiritu de mansidão e humildade, pera que ajunte Marta e Maria, a vida

16 cairia *corr.ex* caeria || 17 fecerit *corr.ex* fuerit.

[1] Amanuensis huius codicis nonnunquam scribit *rector*, alias *reitor*; saepissime in compendio *Rtor*. In hoc casu transcribimus *reitor*, forma communiore.

[2] Ioan. 11, 23.

†

JHUS

Liber ordinis et officiorum domus

QUAE SINT PARTES RECTORIS

Rector, meminerit illius, quod a Beato Joanne apostolo scribitur capite undecimo: « Diligebat Iesus Martham et sororem eius Mariam »[1]: ubi prius evangelista nominavit Martham quam Mariam. Meminerit prius Dominum verba fecisse cum Martha, quam cum Maria, ad insinuandum videlicet, quam illi placeant, atque accepti sint, qui propter ipsum laboribus et tribulationibus fatigantur. Meminerit quod Dominus in tribulationibus nunquam hominem derelinquit, sed afflictos visitat, et consolatur, veluti Martham, fratris obitu consternatam, solatus est, dicens: « resurget frater tuus » etc[2]. Et quamvis nonnunquam fatigetur, videaturque sibi longe submotus a Domino, multumque a dilecto separatus, propter negotia diversa, occupationesque varias, hinc inde surgentes, propterea que volutet animo, id quod Martha dicebat: « Domine, si fuisses hic, frater meus non fuisset mortuus »[3]. Domine, si fuisses hic in laboribus his, non contabuisset spiritus meus. Si hoc quod ago tibi esset acceptum, non ruerem per praeceps in tot tantasque imperfectiones; non amittat fiduciam nec animum despondeat; et si moram fecerit, expectet eum, « quia veniens veniet et non tardabit »[4]; certoque illud sibi persuadeat, (quandoquidem quod facit ad Dei gloriam facit) fore, ut ab eo suscitetur, et vivificetur: quoniam qui credit in eum, « etiamsi mortuus fuerit, vivet »[5]. Illud etiam meminerit, quod quocunque se verterit, quacumque via incesserit, quodcumque vitae arripuerit institutum, Dominum nunquam inveniet, nisi per labores, aerumnasque innumerabiles; illi siquidem sunt nuntii, qui nobis Christi adventum nuntiant, veluti Martha, cuius hic nomine intelligimus vitam

3 Rectoris] *prius* patris familias. || 4 Rector *corr.ex* Pater, et *del.* familias || 12 obitu *habet in ms. inutile signum compendii supra* u

[1] Ioan. 11. 21.
[2] Hab. 2, 3.
[3] Ioan. 11, 25.
[4] Ioan. 11, 28.

activa aa contemplativa, o trabalho ao repouso; o que com ajuda do Senhor alcançaraa seguindo e guardando as regras e avisos seguintes.

[1] Primeiramente. Nom cuide por ser ellegido a ter mando e superioridade ser milhor, posto que o deva de ser, mas mais se abaixe em tudo, « quoniam ab humilibus honoratur Deus » [7].

[2] Nom seraa reguroso nem austero no mandar, mas com muito amor e charidade se recolha dentro de si, e veja se folgaria de ser mandado com rigor ou com amor; [f. 4r] porque, como diz Christo, « reges gentium dominantur eorum, et qui potestatem habent benefici vocantur; vos autem non sic; sed qui maior est in vobis, fiat sicut minor; et qui praecesor, sicut qui ministrat » [8].

[3] Seraa no conversar benigno e manso, nom querendo falar nem fazer cousa que nom aja de ser en edificação de todos.

[4] Teraa sempre diante dos olhos a muita humildade com que Christo conversou com seus discipulos, e principalmente como lhes lavou os pees, dizendo-lhes: « exemplum meum do vobis, ut quemadmodm ego feci, ita et vos faciatis » [9].

[5] Se vir alguum tentado murmurar, ou impacientemente sofrer o que lhe hé mandado, nom vaa logo com elle ao cabo; mas disimule até que arefeça aquella furia, ou aguarde atee que se confesse, porque então se conheceraa mais facilmente; e

37 humilibus *mutatum in* hominibus, *ut habent aliqua exempla Vulgatae* || 46 benigno *ms.* begnino.

[7] Eccli. 3, 21.
[8] Luc. 22, 25.

activam. [f. 51*v*] Laudavit Dominus Mariam Magdalenam, per quam accipimus vitam contemplativam. Haec omnia evangelista, qui post alia et illud subiungit, Martham, postquam aliquandiu loquuta esset cum domino, abiisse, et vocasse Mariam et sororem suam silentio [9]. Silentio (inquit) quia etsi se exerceat in vita activa, quae nonnichil habet inquietudinis, attamen omnia eum oportet facere in tranquillitate et quiete, uti mandet, atque appellet in spiritu mansuetudinis, et humilitatis. Ita fiet, ut in mutuos ferantur amplexus Martha et Maria, coeant vita activa et contemplativa, labor et quies sibi invicem copulentur, quod facile auxilio Dei optimi-maximi consequetur, si custodierit, atque observaverit quae sequuntur.

[1] Ne existimet, quia, ut imperet omnibus, et superior sit universis, electus est, ideo se aliis meliorem (quamvis talem omnino esse ipsum oporteat), sed magis se humiliet, et submittat, quoniam ab humilibus honoratur Deus [7].

[2] Modis omnibus fugiat austeritatem dum quid imperat; comis sit, affabilis sit, non rigorosus, non morosus, intret in cubiculum cordis sui, ibi interroget se, austere sibi imperare [!] vellet, an ex amore; inclementer a superioribus tractari, an amicabiliter. Audiat Christum suis auribus intonantem: « Reges gentium dominantur eorum, et qui potestatem habent benefici vocantur, vos autem non sic, sed qui maior est in vobis, fiat sicut minor, et qui praecessor, sicut qui ministrat » [8].

[3] In familiaritate, et consuetudine, sectetur benignitatem, et mansuetudinem, in omni verbo et opere eo spectans ut edificet universos, suoque exemplo bono omnes ad vitam meliorem ferventioremque Dei dilectionem adducat.

[4] [f. 52*r*] Ob oculos habeat nocte et die ineffabilem humilitatem, qua versatus est Dominus noster inter discipulos suos, atque imprimis, quo modo lavit pedes discipulorum Dominus et magister, dicens eis: « exemplum meum do vobis ut quemadmodum ego facio, et vos faciatis » [9].

[5] Siquidem viderit tentatum obloqui, aut impatientem esse, neque ea, quae ipsi imperata fuerint, exequi; non illico cum eo novissima experiatur, verum dissimulet, quousque deferbuerit furor ille, aut sustineat, donec suam ipse culpam

34 *Prius* allia *del.* || 40 in *sup.lin.* || 43 custodierit *post emendat.* || 57 spectans *bis, primum del.*

9 Ioan. 13, 15.

assi o reprehenda in spiritu lenitatis [10], cuidando poder cair no mesmo, ou em outros maiores defectos, se de Deus for deixado.

|6| Iraa sempre comer ao refeitorio aa primeira mesa, se nom for por infirmidade ou outro grande respeito; e asi todas as outras regras geraes guardaraa acomodando-se a ellas como poder.

|7| |f. 4*v*| Seraa sempre solicito, como diz São Paulo, « qui praecst in solicitudine » [11] etc., de ver e saber como cada hum vive e conversa, asi em casa como fora, pera que a tudo socorra com charidade; tendo por certo ganhar tantas coroas, quantas almas ajudar, e tantos graos de pena no inferno, quantos por seu mao exemplo e negligencia tornarem atrás.

|8| No temporal governo de casa saberaa como o fazem os oficiaes, e daraa delles especial cuidado ao mestre de casa pera que tudo estee em concerto e ordem; e mudaraa os oficios como lhe bem parecer.

|9| Nom seja leve nem subito no mandar cousas desacustumadas, mas primeiro as pensará muy bem e se conselharaa com Deus.

|10| Teraa por scrito todo o movel de casa, scilicet, colchões, cubertores, caixas, etc.

|11| Ouviraa sempre as confisões geraes de todos os que novamente vierem a casa, salvo se por algum ligitimo respeito lhe parecer que outrem o deva de fazer [12].

|12| |f. 5*r*| O reitor será muy reguroso em yr a mosteiros de freiras e em dar licença pera as confessarem ou conversarem; mas deixará o cuidado dellas a seus superiores, porque elles de mais tempo sabem o que aos mosteiros milhor convem.

|13| Não dará licença pera se falar com nenhum dos saidos ou despedidos de casa, salvo quando lhe parecer ser

75 pensará *corr.ex* pensararaa

[10] Galat. 6. 1.
[11] Rom. 12. 8.

agnoscat; ad se enim reversus, facilius se ipse damnabit, suumque detestabitur facinus, quod admisit; et sic corripiat eum in spiritu lenitatis [10], cogitans posse se cadere in eundem, aut in maiores defectus nisi Salvatoris Dei assidue auxilio firmaretur.

|6| Semper in eadem pariter cum omnibus mensa accumbat, nisi forte vetet infirmitas, aut alia quaevis magni res momenti, id fieri non patiatur, et ita alias omnes regulas generales observet quantum in ipso fuerit.

|7| Assidue sollicitus sit, (sicut ait apostolus, qui praeest in sollicitudine [11] etc) uti animadvertat, atque intelligat, quomodo vivat unusquisque domi et foris, uti omnibus ex charitate succurrat, certo illud certius sibi persuadens, tot se in futuro saeculo adepturum coronas, quot animabus auxiliatus fuerit in hac vita, totque gradus atque incrementa penarum conciliaturum sibi apud inferos, quot animae propter ipsius malum exemplum, atque socordiam, sese iterum saeculi fluctibus passae fuerint resorberi. (Ad Rom. 12)

|8| In temporali administratione familiae animadvertat, quam gnaviter laborent officiales, quam alacriter imperata facessant, quo modo in omnibus suo faciant satis officio, iniungatque eorum curam specialem oeconomo, uti sint omnia disposita in ordine et mensura.

|9| |f. 52*v*| Non sit levis neu subitus in mandandis rebus insolitis, atque inusitatis. Verum prius mature deliberet, Dominum invocet, ab eo expectet consilium, et auxilium.

|10| Habeat in scriptis omnia mobilia domus, scilicet culcitras, lodices, arcas et huiusmodi.

|11| Audiat semper confessiones generales omnium, qui nuper ad Societatem venerint, nisi ob legitimam aliquam causam ipsi videatur confessionis negocium alteri iniungendum [12].

---

99 *Post* iniungendum *scripta est per distractionem, et del. prima regula Oeconomi*

12 Paragraphi 12, 13, 14 desiderantur in versione latina. Et quidem in textu lusitano videntur alia manu additae.

necessario pera suas conciencias, ou por algum outro respeito lhe bem parecer.

[14] Quando for fora de casa deixará sempre hum Padre, qual lhe bem parecer, que receba os recados que vierem, e responda a elles; o qual tãobem poderá dar licença aos Irmãos pera yr fora ou falar com os que lhe quiserem falar, se vir ser necessario [13], e terá lembrança de dizer sempre ao porteiro qual hé, pera que delle o saibão os Irmãos.

Mon. 5

PROCURATOR

Apogr. in cod. *Lus. 107*, f. 6*r-v*. Edit. in MHSI, *Epp. Broëti*, 225. Desideratur in cod. versio latina. Vide *Praefationem*, cap. III. Cf. Fr Humbertum, *Instruct.*, c. 19 (De officio Procuratoris); *Consuet. FF. Vitae communis*: De Procuratore.

Summarium: 1. *Curam specialem habebit instrumentorum Domus, eiusque redituum.* — 2. *Librum habebit in quo reditus et unde percipiantur signetur.* — 3. *Pecuniam acceptam ministro domus coram rectore tradet.* — 4. *Novas locationes suo tempore faciendas rectori indicabit.* — 5. *De litibus, etc. rectorem docebit.* — 6. *Scire curabit ubi et quo tempore res necessariae commodius emi possint, easque secundum rectoris et ministri iudicium emi vel asportari faciet, ministroque tradet.*

PROCURADOR

[1] A'-de ter special carguo do cartorio de casa, e de toda a renda e negocios tocantes ao bem e conservação dela.

[2] Terá hum livro, em o qual escreverá todo o dinheiro que receber das rendas de casa, e no principio dele terá escrito as pessoas que trouxerem as taes rendas, que propriedades são as que trazem, por que contia, e o dia, mes e anno de seus arrendamentos, e por quanto tempo.

[3] Todo o dinheiro que receber entregará diante o reitor ao mestre de casa, sobre quem se carregará em receita, a qual servirá de despesa pera descarguo do que ho procurador tiver recebido.

---

6 *Post* trouxerem *del.* as rendas | 10 receita] Rta *ms.* | 12 *Post* recebido *del.* Todo o dinheiro que receber.

---

[13] Cf. S. Basil., *Reg. fusius disput.* Interrog. 45.

[*Haec regula caret versione latina*]

[4] Quando se acabar algum arrendamento, ou vagar alguma propriedade ou foro, o fará saber ao reitor a tempo que, sem perda da casa, se posa fazer novo arrendamento, e ynovar ou emprazar a tal propriedade.

[5] [6*v*] Das demandas e todos os mais negocios que sobrevierem emformará sempre o reitor sumariamente, pera que ambos o determinem, tendo sempre respeito às necesidades e proveito da casa, e a edeficação dos proximos, que boamente se puder ter.

[6] Terá cuidado de saber em que lugares e tempos se podem milhor comprar as cousas de que se a casa há-de prover por junto; e quando for tempo, saberá do reitor e mestre de casa o que hé necesario que se proveja; e conforme ao que lhe diserem, as mandará comprar e trazer de fora, e tudo entregará ao mestre de casa.

Mon. 6

MINISTER DOMUS

Apogr. in cod. *Lus. 107*, f. 9*r-v*. Edit. in MHSI, *Epp. Broëti*, 825. Versio latina in eodem cod. f. 33*r-v*. Vide *Praefationem*, cap. III. Aliqua quae hic dicuntur invenies apud S. Benedictum, Reg. c. 31 (De cellarario); Fr. Humbertum, c. 19 (De Procuratore), c. 4 (De officio subprioris).

Summarium: 1. *Catalogum omnium domesticorum habebit, ut possint tempestive necessaria provideri.* — 2. *In libro aliquo scribet quidquid*

/

MESTRE DE CASA

1. Tenha hum rol de quantos Irmãos e servidores estam em casa, pera, segundo o numero, saber o provimento que se averá mester pera todo anno; e conforme a iso se proveja em seus tempos dos mantimentos necessarios, de que primeiro dará conta ao reitor [2].

2. Terá hum livro, no qual se escreverá tudo o que se comprar de cousas grosas, pondo mes e dia, asy como triguo, cevada, vinho, etc., as quaes cousas entregará aos officiaes a que pertencer, pera delas lhes tomar conta, porque polos seus livros há elle de dar a sua.

3. Terá asi mesmo outro livro, no qual escreverá as contas dos officiaes e servidores de casa, por onde lhes faça pagamento de seu serviço.

4. Fará que cada hum dos officiaes tenha livro de seu officio, em que escreva o que recebe e despende.

5. Fará concertar toda a roupa e calçado, |7*v*| segundo for necesario, de maneira que tudo o que se puder aproveitar se concerte e não se perqua.

6. Nas cousas meudas de casa, asi como çapatos, calças,

[1] In regulis romanis dicitur *Minister*. Posse eum etiam appellari *Magistrum domus* (= Maestro de casa, Mestre de casa) vel *Vice rectorem* dicitur in Constitutionibus Soc. Iesu, Part. IV, c. 10, n. 7.

[2] Paragraphi versionis latinae, non bene respondent nec numero.

magna quantitate emptum fuerit, quod officiorum praefectis distribuet.

3. In alio libro annotabit quidquid operariis et famulis domus debetur. — 4. Faciet ut officiorum praefecti suum librum habeant, in quo acceptum et expensum annotent. — 5. Vestimenta et calceamenta refici opportune curet, ne quid pereat. — 6. Minoris pretii res domesticis iuxta singulorum necessitatem ipse distribuet. — 7. Annotabit res quas hi qui in domo recipiuntur secum portant, indicatis die, nomine, patria, parente. Si libros afferant, eos bibliothecae praefecto custodiendos tradet. — 8. Noctu post horam nonam inspiciet num portae et fenestrae clausae sint. — 9. Regulas singulorum officiorum scriptas habeat, ut secundum illas praecipere possit, easque singulis hebdomadis leget, praesertim regulas rectoris; amabilque servus omnium Christi amore in hac vita fieri, ut in futura quiescat.

[f. 33] OECONOMUS [1]

[1] Imprimis schaedulam habeat fratrum omnium, qui in domo sunt, ut iuxta numerum intelligat quomodo cuiusque sit necessitatibus consulendum [2].

[2] Librum habeat penes se, quo in libro adnotet rationes officialium domus, sutoris videlicet, sartoris, et caeterorum, semper quid eis dederit, et quid ab eis acceperit, literis fidelissimis custodibus mandans.

[3] Itidem literis prodat quicquid emptum fuerit rerum gravium, magnique momenti, adiungens simul emptionis mensem et diem, veluti cum emptum fuerit triticum, hordeum, vinum, carnes; similiter etiam quicquid horum absumptum fuerit, uti rationem reddere sit paratus, quotiescumque ab ipso fuerit flagitata.

[4] De necessariis familiae referet ad rectorem, mature, et tempestive, ut quae necessaria sunt domui, comparentur.

[5] Res minores, neque adeo magni momenti, veluti sunt calcei, caligae, filum, papyrus, et huiusmodi, in omnes distribuet, iuxta cuiusque necessitatem.

[6] Cum accesserit ad domesticorum numerum extraneus

nec ordine paragraphis originalis lusitani. In hoc sunt 9, in versione latina 11. Ita inter se responderent: 1(1, 4); 2(3); 3(2); 4 (nihil respondet in versione latina); 5(7); 6(5); 7(6); 8(8); 9(11). Paragraphis 9, 10 versionis latinae nihil respondet in textu lusitano hoc loco.

linhas, papel, etc. distribuirá segundo a necesidade que cada hum tiver.

7. Terá cuidado de escrever o fato dos que novamente receberem, declarando o seu nome, de que terra hé, e cujo filho, e em que dia for recebido. E se trouxer livros, entregá-los há ao que tem carguo da livraria, para que os escreva em seu livro; e em cada hum escreverá o nome de quem o trouxe, pera que em todo o tempo se possa dar conta de tudo.

8. Em dando nove horas da noite vesitará todas as portas e janellas do corredor baixo e alto se estão fechadas.

9. Terá por escrito o que cada hum em seu officio hé obrigado fazer, pera que conforme a iso mande o que for necesario; e tudo lerá huma vez na somana, especialmente as regras do reitor pera que delas tome o que lhe convier, querendo por amor de Jesu Christo nesta vida ser servo de todos pera na outra descansar.

quispiam, dabit operam, ut sciat, num aliquid secum supellectilis advexerit, scribetque universa, quae advexerit, ut de omnibus rationem, si quando exigatur, reddere sit paratus; aut eidem ut restituat, si non permanserit usque in finem. Si quos etiam libros attulerit, eorum nomina scribi mandabit per eum cui incumbit cura bibliothecae.

[7] Instaurari curabit vestes omnes, et calciamenta, prout instauratione indeguerint, ita ut quidquid usui esse possit, instauretur et non perdatur.

[8] [f. 53*v*] Cum audiri coeperint novem horae vespertinae, percurret portas omnes, et fenestras supra et infra, exploraturus num omnes fideliter clausae sint, et obseratae, clavesque habebit penes se ad eam usque horam, qua iterum fuerint reserandae.

[9] Quotidie hora decima vespertina, iturus est ad cubiculum Rectoris visurus num res aliqua sit in diem alterum providenda.

[10] Absente Rectore daturus est facultatem fratribus, alloquendi eos, qui ipsos convenire voluerint, egrediendi quoque faciet potestatem, prout illi bonum esse videbitur.

[11] Habebit in scriptis quid cuique incumbat ex officio, ut iuxta illud cuique imperet, quod fuerit necessarium, omnesque omnium regulas qualibet hebdomada lecturus est semel, maxime autem rectoris, ut ex illis sumat, quod sibi viderit convenire, unum illud assidue desiderans, votisque omnibus suspirans, ob amorem Iesu Christi, servire omnibus in hac vita, ut quiete fruatur in alia.

---

30 novem] nouae *ms.* || 36 Rectoris *in rasura; prius* Patris fa[milias] || 38 Rectore *sup.lin.,del.* Patre fa. || 44 rectoris *sup.lin.,del.* patris fa.

Mon. 7

IANITOR

Apogr. in cod. *Lus. 107*, f. 8*r-v*. Edit. in MHSI, *Epp. Broëti*, 826-828. Versio latina in eodem cod. ff. 54*r*-55*r*. Vide *Praefationem*, cap. III. - Conferri possunt S. Bened., Reg. c. 66 (De ostiariis monasterii); Fr. Humbertus, *De instruct.*, c. 17 (De officio portarii); *Consuetudines Cistercienses*, cap. CXX (De portario et solatio eius).

PORTEIRO

1. A todos responda baixo e graciosamente, e nunqua deixe a nenhum descontente, mas a todos deseje meter nas entranhas, pois são creaturas e obra das mãos de seu Deus e Senhor.

2. Não deixará sobir acima nenhum de fora sem licença, nem entrar em outras partes de casa, se não forem mui familiares.

3. Diga ao reitor, ou en sua ausencia a quem elle ordenar, se algum de fora quiser falar a algum de casa; e se lhe der licença pera isso, i-lo-á buscar com deligencia e dar-lhe-á o recado, e dirá que lhe vaa a falar a algum dos lugares pera isso ordenados, se nam tiver particular licença pera outra parte.

4. Se lhe derem alguma carta ou recado pera algum de casa, dá-lo-á primeiro ao reitor ou en sua ausencia a quem elle ordenar [2].

5. Quando buscar algum dos Irmãos, chame à porta da camara e toque passo: e se lhe não responder, toque outra vez e diga de fora o recado que traz; e se ainda não responder, torne a dizer que o não acha; e pergunte que lhe quer, ou se quer que lhe dê algum recado como vier, se for fora de casa, ou o elle não achar; e se diser que si, tome-o por escrito, por lhe não esquecer, pera lho dar como vier.

---

[1] In regulis romanis latinis dicitur *ianitor*.

Summarium: 1. *Voce humili et iucunda utatur, et neminem amaro animo dimittat.* — 2. *Quinam possunt in superiorem domus partem admitti.* — 3. *Ubinam cum extraneis loquendum.* — 4-5. *Litterae aut nuntii quomodo domesticis communicandi.* — 6. *De ignotis excipiendis.* — 7. *De cubiculo mundando.* — 8. *Claves custodiendae.* — 9. *Quando ianitor prandium sumet.* — 10. *Noctu portae et fenestrae claudendae.* — 11. *Tempus liberum utiliter expendendum. Conversatio cum extraneis.* — 11b. *Nemini confessionis schedula danda.* — 12. *Quando regulae legendae.* — 13. *Sine superioris venia cum externis ad ianuam non loquendum.*

[f. 54] OSTIARII S [1]

[1] Omnibus respondeat voce humili et gratiosa, neque quenquam unquam dimittat cui non prius abunde satisfecerit de omnibus. Modis omnibus affectet se in omnium viscera, medullasque insinuare, quandoquidem sunt creaturae atque operae domini Dei sui.

[2] Non patiatur sursum ascendere quenquam extraneum, sine venia, neque ingredi in alias partes domus, nisi fuerint admodum familiares.

[3] Dicat Rectori, aut si is absens fuerit, oeconomo, dum extraneus aliquis quempiam vult alloqui e domesticis: et si veniam dederit, vadat et quaerat eum diligenter, eique nuntiet et dicat, ut extraneum illum conveniat, in loco aliquo ad id instituto, si particularem licentiam non habuerit, uti cum conveniat in alio.

[4] Si datae ipsi fuerint literae aliquae, aut nuntium ad quempiam e domesticis deferendum, det primum Rectori, aut si is absens fuerit, oeconomo [2].

[5] Quando aliquem quaerit ex fratribus, appellet ad ostium cubiculi, pulset tacite, et si responsum non dederit, pulset iterum, dicatque nuntium quod acceperit deferendum: et si necdum responderit, regrediatur, et dicat quod ipsum non invenerit; sciscitetur quid quaerat, aut num ei velit quippiam nuntiari, ubi venerit, si foris sit, aut si alias eum non potuerit reperire: et si dixerit quod sic, sumat confestim papyrum, et calamum, scribatque quicquid ille dictaverit, ne ipsi forsitan elabatur, ut ei nuntiet postquam redierit.

10 Rectori *sup.lin.,del.* patri fa. || 17 Rectori *sup.lin.,del.* patri fa.

[2] Cf. S. Bened., *Reg. C.* 54 (Si debeat monachus litteras vel aliquid accipere).

6. Se o que buscar alguem de casa não for conhecido, com muita afabilidade lhe pergunte como se chama, e que lhe quer, ou quem hé, |f. 8v| ou de quem traz o recado; e se lhe responder ou der recado, diga que o fará com muito boa vontade.

7. Varrerá a casa da portaria hum dia e outro não, se nom vir que de mais vezes tem necessidade.

8. Tenha as chaves en parte donde lhas não possão tomar, nem elle ande em busca dellas.

9. Irá comer à 2.ª meza, e dirá ao reitor, ou ao mestre de casa, que proveja entretando algum que estê en seu lugar.

10. Como tangerem às Ave-Marias, fechará a porta com a chave, e saberá se está alguem de casa fora, e esperará com a porta fechada até que venhão ou sayão, e logo correrá todas as portas e janelas, e verá se estão fechadas, e trará todas as chaves ao reitor.

11. Procurará sempre ter algumas boas meditações ou livro, em que occupe o tempo quando não tiver que fazer; e com os que vierem falará algumas cousas boas movendo-os ao serviço de Deus, por quem com muita paciencia e humildade tomará estes trabalhos, trazendo sempre diante dos olhos o que diz o apostolo S. Paulo: « Non sunt condignae passiones huius temporis ad futuram gloriam, quae revelabitur in nobis »[3]

11b. A nenhuma pessoa de fora que se confessar pella Quaresma dará scripto de confissão; e se lho pedir, peça-o ao confessor que o ouvio, o qual lho dará nesta forma: « Eu F.[4], sacerdote da Companhia de Jesu, ouvi de confissão a F. a tantos dias de tal mes e de tal anno ».

12. Lerá todas estas regras huma vez na somana e as de

35 *Post* Marias *del.* se || 36 *Post* de *del.* fora. *Videtur textus aliquantulum corruptus. Ex consequentibus sensus postularet*: e saberá se está alguem de fora em casa, ou alguem de casa fora || 41 ou livro *ad. sup.lin.* || 47-51 *Verba* A nenhuma — tal anno *addita sunt inter lineas et in marg. eadem manu. Desunt in vers. latina.*

3 Rom. 8, 18.

[6] [f. 54*v*] Si is qui convenire voluerit aliquem e domesticis fuerit ignotus, ab eo, multa urbanitate et modestia percontetur, qui vocetur, quid ab eo desideret, qui vir siet, a quo nuntium afferat; et si responderet, aut nuntium dixerit, dicat facturum se animo libenti, bonaque admodum voluntate.

[7] Mundet cubiculum, stationemque suam, diebus alternis, nisi eam animadverterit frequentiori mundatione indigere.

[8] Claves eo in loco collocet, unde non facile possint auferri, ut ibi eas inveniat, ne cum his opus fuerit, postea sint quaerendae.

[9] Cibum capiat in mensa secunda, dicatque Rectori aut oeconomo ut provideat interea temporis qui in locum ipsius surrogetur.

[10] Ubi increpuerit campana ad Avemaria obserabit ianuam clave, dabitque operam uti sciat, num aliquis domesticus foris sit, aut e contra aliquis extraneus domi, praestolabiturque ad ianuam, donec ingrediatur, aut egrediatur, confestimque percurret ianuas omnes, et fenestras, exploraturus, num fideliter clausae sint, atque obseratae. Demum dabit claves omnes oeconomo.

[11] Dabit operam uti assidue bonis aliquibus meditationibus occupetur, aut librum aliquem legat, cum ab omni occupatione vacuus fuerit; cum extraneis praestolantibus in porta, communicabit alia spiritualia, invitans eos ad servitium Domini nostri Iesu Christi, propter quem cum multa patientia, et humilitate sufferet hunc laborem, statuens sibi semper ob oculos id quod dixit apostolus Paulus. Non sunt condignae passiones huius seculi ad futuram gloriam, quae revelabitur in nobis » [3].

---

37 quaerenda *ms.* || 38 in *sup.lin.* | mesa *ms.* | Rectori *sup.lin.,del.* patri fa. || 43 foris *corr.ex* foras

---

[4] Littera *F* (= *Fulano* hispane et lusitane) ponitur pro persona indeterminata, vel cuius nomen suppleri debet. Frequentius nunc usurpatur littera *N*, vel *N.N.*

mais que lhe bem parecer, pera milhor saber o que em seu oficio há-de fazer.

13. Nom permitirá que nenhum de casa fale à portaria a alguem de fora, se não souber que tem licença pera isso.

Mon. 8

INFIRMARIUS

Apogr. in cod. *Lus. 107*, f. 9*r-v*. Edit. in MHSI, *Epp. Broëti*, 828-829. Versio latina in eodem cod. ff. 55*r*-56*r*. Vide *Praefationem*, cap. III. Conferri possunt: S. Bened., *Reg.*, c. 36 (De infirmis fratribus); Fr. Humbertus, *De instruct.*, cc. 26 et 27 (De officio infirmarii et De officio servitoris infirmorum); *Consuetudines FF. vitae communis*: De infirmario; *Statuta Congreg. Montis acuti*, c. 6 (De cura circa infirmos gerenda).

ENFERMEIRO

1. Diga ao enfermo que tome por medico principal seu Criador e Senhor, e que offereça seu corpo à obediencia do que lhe o medico mandar, e que tenha esperança que Noso Senhor por elle lhe dará saude, se asi for mais seu serviço.

2. Tenha advertencia de perguntar ao medico se ahi perigo no enfermo, e por pouquo que aja lhe fará tomar os sacramentos [1].

3. Seja vigilante en fazer vir o medico a casa, ou en fazer levar a ourina, segundo a enfermidade o demandar.

4. Estê sempre avisado pera seguir a ordem do medico nas meizinhas, no comer, na hora en que á-de ser, e no beber, etc.

5. Pergunte ao medico se o lugar ou a roupa en que está ho enfermo lhe hé conveniente, pera que, segundo a necessidade, asi o proveja.

[1] Animadverte versionis latinae additamentum.

|f. 54v| |13| Non patietur quenquam domesticum cuiquam extraneo loqui in ianua, nisi ei veniam ad id noverit esse concessam.

MON. 8

Summarium: 1. *Quomodo aegroto animus infundendus.* — 2-3. *Spiritualia auxilia tempestive curanda et medicus advocandus.* — 4-5. *Cuius consilia adimplenda.* — 6. *Munditiae curandae.* — 7. *De febribus periodicis medicus monendus.* — 8. *Eius consiliis infirmarius stet; curetque patienter infirmorum molestias ferre.* — 9-10. *Quomodo cum convalescentibus se habere debet.* — 11. *In scriptis valetudinarii eiusque sacelli res habebit.* — 12. *Regulas singulis hebdomadis leget.*

|f. 55| INFIRMARIUS

|1| Dicat aegrotanti, ut sibi medicum accipiat principem medicorum Creatorem, et Dominum nostrum, ut offerat corpus suum ad obediendum omnibus, quae medicus imperarit, ut confidat, quod dominus noster per ipsum daturus ei sit incolumitatem, si fuerit ad gloriam ipsius.

|2| Sit diligens, ut sciscitetur a medico, num quod imminet periculum aegrotanti; si quod imminere dixerit, quantulumcumque sit illud, ipsum iubeat illico ad Ecclesiae confugere sacramenta [1], inde animae medicinam sumere, praestantiorem longe, atque efficatiorem herbis omnibus medicorum.

|f. 55v| |3| Sit vigilans in accersendo medico, aut in urina mittenda iuxta id quod infirmitas postularit.

|4| Semper sit attentus, ne limites transcendat a medico constitutos, eius in omnibus mandatum, ad unguem observet, in medicinis, in cibo, in potu, in hora cenae, et prandii, et similibus.

|5| Percontetur a medico, num locus in quo est infirmus, aut vestis qua tegitur, ei conveniant, ut prospiciat iuxta id quod necessitas flagitarit.

6. Terá sempre mui limpa a estancia do enfermo.

[f. 9*v*] 7. Tenha muita advertencia pera ter memoria quando e a que hora adoeceo; e se são maleitas [2], en que dia lhe acodem, e a que hora, e quanto lhe durão, pera que o medico milhor se possa reger polla boa enformação.

8. Não excederá nem fará mais do que o medico ordenar, e tome-o por escrito, e cumpra-o com muita diligencia e alegria interior e exterior, sofrendo todas as importunações, tristezas e pouquo sofrimento que algumas enfermidades soem trazer consigo, e não amostre nenhum desgosto ao enfermo.

9. Se o enfermo for en convalecencia, por conselho do medico se comece a levantar; e ainda que ande pella casa e livre de febres, coma per mão do enfermeiro, segundo o medico ordenar.

10. Tenha sempre esta ordem, até que, pello medico, e depois polo reitor, seja visto que está sem perigo de recair [3].

11. Terá escrito toda a roupa e cousas da enfermaria e altar della.

12. Lerá estas regras huma vez na somana.

Mon. 9

MEDICAMENTORUM CUSTOS

Apogr. in cod. *Lus. 107*, f. 10*r*. Edit. in MHSI, *Epp. Broëti*, 829. Versio latina in eodem cod. f. 56*r* ad finem officii infirmarii. Vide *Praefationem*, cap. III.

BOTICAIRO

1. Terá cargo da botiqua, enformando-se por que tempo se soem estilar as agoas e fazer conservas, pera que avise diso o reitor, e se provejão as cousas en seu tempo.

---

[2] Verbum lusitanum *maleitas* generatim significat febres periodicas (tertianas, vel quartanas); quare videtur vaga latina interpretatio per verbum *tremores*.

[6] Dabit operam ut semper bene mundum, et tersum cubiculum sit infirmorum.

[7] Sit diligens ut memoriae mandet, quum et qua hora ceperit eum morbus, et si fuerint tremores [2], quo die irrepserunt et qua hora, et quanto tempore duraverint, uti medico sit exploratius quidnam agere debeat, postquam de omnibus edoctus fuerit uti oportet.

[8] Non excedat neque amplius faciat quam medicus ordinarit: accipiat in scriptis quaecunque emenda fuerint. Emat cum multa diligentia, et alacritate interiori et exteriori. Omnia sufferat, importunitates, tristitias, et impacientias, quas nonnullae infirmitates secum trahunt, neque unquam ostendat aliquam amaritudinem aegrotanti.

[9] Si coeperit infirmus per Dei misericordiam convalescere ab infirmitate sua, iussu medici a lecto surgere incipiat, et quamquam expatietur per domum, liber a febribus, adhuc tamen maneat sub disciplina, comedat quod ei infirmarius apparari iuxta ordinationem medici.

[f. 56*r*] [10] Semper sequatur hunc ordinem, donec per medicum, et inde per rectorem cumpertum fuerit non esse periculum relabendi [3].

MON. 9

Summarium: 1. *De cura medicamentorum.* — 2. *De mundandis singulis mensibus rebus omnibus.* — 3. *De cubiculi clavi.* — 4. *De annotando quid singula vasa contineant.* — 5. *De regulis legendis.*

[f. 56*v*] [MEDICAMENTORUM CUSTOS]

[1] Curam habeat myrothecae, percontetur peritiores, quo tempore aquae soleant distillari, et conservae fieri, ut ad

24 ceperit] caeperit *vel* coeperit *ms.* | 40 rectorem *sup.lin..del.* patrem fa.

[3] Sequuntur in versione latina, sine titulo, ea quae in textu lusitano habentur sub titulo *Boticairo*, quae nos ad faciliorem comparationem contra textum lusitanum edimus, addito titulo [*Medicamentorum custos*].

2. Cada mes huma vez alimpará tudo o que está na botica, e vesitará as conservas e açuquar, revolvendo cada cousa segundo do boticairo de casa [1] for enformado, do qual se enformará todas as vezes que lhe parecer necessario.

3. Não dará as chaves da botica a ninguem, e elle mesmo dará a quantidade da cousa que por o medico for ordenada.

4. Terá en hum livro escrito todos os vasos e cousas que tem na botica e o que cada cousa tem.

5. Lerá estas regras huma vez na somana [2].

Mon. 10

CUSTOS VESTIUM

Apogr. in cod. *Lus. 107*, f. 10*v*. Edit. in MHSI, *Epp. Broëti*. 829-830. Versio latina in eodem cod. f. 56*v*. Vide *Praefationem*. cap. III. — Cf. S. Bened., Reg. c. 55 (De vestiario vel calciario fratrum); Fr. Humbertum, l. c. cap. 31 (De officio vestiarii); *Consuetudines FF. vitae communis*: De vestiario.

GUARDAROUPA

1. Terá cargo de toda a roupa de vestir, e a terá asentada en hum livro, pera saber se lhe falta alguma cousa, e asi como se for gastando, asi a yrá apagando no livro ou acrecentando, segundo o que receber.

2. Quando ouver algumas roupetas, calças, jubões, barretes, çapatos e outras cousas semelhantes pera concertar,

---

[1] « boticairo de casa » videtur nobis non bene versum latine, sed potius indicare pharmacopolam externum, qui domui medicamenta providebat.

[2] Hoc officium sub speciali titulo non occurrit nec in regulis romanis 1549, 1553, nec in regulis typis postea editis. Constat tamen in

rectorem referat de his omnibus et provideat omnia suo tempore.

[2] Singulis mensibus semel emundabit omnia quae sunt in myrothecio, explorabit conservas, et sacarum, revolvet omnia sursum ac deorsum, iuxta id quod ab eo, qui myrothecae curam ante ipsum habuit [1], fuerit institutus, quem et consulet, quoties ei necessarium esse videbitur.

[3] Non dabit claves myrothecae cuiquam mortalium, ipsemet daturus est tantum cuiusquam medicamenti, quantum medicus assignarit.

[4] Librum habebit penes se, in cuius parte una, collocabit vasa omnia, aliasque res myrothecae, et quid unaquaeque res contineat, in parte alia vestes omnes aliasque res cubiculi infirmorum.

MON. 10

Summarium: 1. *De cura vestimentorum.* — 2-3. *De eisdem reficiendis et distribuendis.* — 4. *De vestimentis iam non utilibus.* — 5. *Cubicula invisenda.* — 6. *Humiditas a vestibus arcenda.*

[f. 56*v*] QUI CURAM HABET INDUMENTORUM

[1] Curam geret omnium indumentorum. Habebit in scriptis universa, quae acceperit, uti noverit cum eorum aliquid sibi desit; cum vestis aliqua vetustate absumpta iam ad nihil amplius utilis fuerit, e libro eam expunget, vestes alias cum acceperit, adscribet eas similiter in libro suo.

[2] Cum aliquae fuerint seu vestes, sive caligae, aut thoraces, aut pilea, aut calcei, aut alia eiusmodi quae instaura-

---

aliquibus collegiis antiquae et novae Societatis exstitisse hoc officium; ubi non solum medicamenta servabantur, sed etiam conficiebantur; etiam nonnumquam pro externis. In cod. *Ci* (cuius descriptionem supra dedimus) inveniuntur aliquae regulae illius qui medicamenta parare debebat, qui *Aromatarius* dicitur.

avisará diso o mestre de casa, pera que faça chamar quem o concerte.

3. Não destribuirá cousa nenhuma sem special licença do mestre de casa [1].

4. Terá concertada toda a roupa, a nova a huma parte, e a velha a outra: e o que não aproveitar pera casa, apartará, e mostrá-lo-á ao reitor, pera que o mande destribuir a pobres, como lhe bem parecer.

5. Visitará cada mes todas as camaras; e todo o que achar superfluo, de çapatos e calças etc., guardará [2].

6. No inverno ao menos huma vez no mes olhará mui particularmente que não se gaste alguma roupa com bolor ou humidade, e a soalhará segundo for a necessidade.

Mon. 11

CUSTOS LINTEORUM

Apogr. in cod. *Lus. 107*, ff. 11*r*-12*r*. Edit. in MHSI, *Epp. Broëti*, 830-831. Versio latina in eodem cod. f. 57*r-v*. Vide *Praefationem*, cap. III. — In Regulis anni 1553 quas vide inferius, adhuc hoc officium a superiori distinguitur. In editionibus anni 1567 et seqq. duo officia in unum coniuncta sunt sub titulo « *Regulae custodis vestium* ».

Summarium: 1. *Rerum cura magna commendatur.* — 2. *Etiam cum lavandae traduntur.* — 3. *Et apposito signo.* — 4-5. *Diebus sabbati uni-*

GUARDAROUPA DE LINHO

1. Procure ser mui diligente en todo o que toca aos panos que tem, e grangear e aproveitar o que poder, pois tudo hé esmolas e bens de pobres de Christo, por amor de quem estes trabalhos há-de tomar.

15 *Post* camaras *del.* e verá se lhes falta alguma cousa.
3 *Prius* agrandear

[1] Paragraphus tertia versionis latinae non respondet textui lusitano.

tionis eguerint, de his referat ad oeconomum, uti vocari iubeat qui instauret.

[3] Erunt penes eum acus et filum, uti in omnes distribuat secundum necessitatem uniuscuiusque [1].

[4] Collocabit ordine vestes omnes, novas ex una parte, antiquas ex alia. Si quid fuerit, quod iam non sit utile domesticis, ostendet rectori uti iubeat in pauperes erogari, prout ei bonum esse videbitur.

[5] Lustrabit singulis mensibus semel cubicula omnia, videbit num eis aliquid desit. Si quid superfluum offenderit, aut calceorum aut caligarum, et similium secum sumet. Demum si lodix aliqua lecti rupta dissolutave fuerit, reparari mandabit [2].

[6] Hyeme, saltim singulis mensibus semel, magna deligentia considerabit sitne vestis aliqua humida, aut madefacta, quam ubi invenerit, in sole siccandam suspendet.

MON. 11

cuique lintea distribuenda. — 6. Quando sindones. — 7. Dominico die, lintea antea data colligenda. — 8. Lintea ad usum triclinii, culinae etc. — 9. Monendus minister domus de rebus reficiendis. — 10. Expensae rebus lavandis non negligendae. — 11. Lintea nova scripto annotanda. — 12. Non munda, loco opportuno collocanda. — 13. Singulis mensibus monendus rector ut reparandis necessariis provideatur. — 14. Quae in cubiculis necessaria non sunt, in officina custodiantur. — 15. Regulae legendae.

[f. 57r] QUI CURAM HABET VESTIUM LINEARUM

[1] Det operam, ut gnavus diligensque sit in omnibus quae spectant ad vestes suas lineas quas accepit, uti eas adservet fideliter, usuique esse faciat, quantum potest, maxime cum universa eleemosynae sint, bonaque pauperum Christi, in cuius gratiam debet, et hos et maiores, si opus fuerit, labores et molestias sustinere.

13 rectori *sup.lin.,del.* patri fa.

[2] Versio latina in hac paragrapho aliquid novi addit.

2. Dará à lavandeira de casa toda a roupa por escrito, e asi mesmo a receberá.

3. Faça hum sinal a toda a roupa de casa, porque milhor a possa conhecer, e faça outro sinal distinto à roupa da enfermaria [1].

4. Aos sabados à tarde pedirá ao reitor ou ao mestre de casa dous companheiros, com os quais andará por todas as camaras, e repartirá a roupa, scilicet, a cada hum sua camisa e coifa [2], e tenha lembrança de dar as camisas que convenhão aos corpos, como, se hum hé grande, que lhe dê camisa grande, asi polo contrairo ao pequeno.

5. Dará a cada hum seu lenço e tomará o çujo; e se lho nom tornar, nom lhe dará outro até o dizer ao mestre de casa.

6. Dará lençoes [3] cada XV diás no verão, e cada tres somanas no inverno; e reparta a casa en duas partes, e a metade dê huma vez, e a outra metade outra.

|f. 11*v*| 7. Ao domingo estará na casa da roupa pera receber a que lhe trouxerem çuja; e verá se recebe camisa, coifa e lençol de cada hum asi como o daa.

8. Dará tres vezes na somana [4] panos pera o refeitorio e cozinha, e assi pera alimparem as mãos nos lugares pera isso ordenados.

9. Alembrará ao mestre de casa quando ouver alguma cousa pera concertar.

10. Terá conta com a lavandeira, e do que menos da obrigação deixar de lavar, avisará ao mestre de casa pera que lho desconte.

11. Ponha por conta toda a roupa que se faz nova, escrevendo ano, mes e dia, e asi mesmo toda a demais tenha por escrito pera dar conta quando lhe for pedida, e quanto se paga por cada cousa [5].

12. A roupa çuja que ajuntar, ponha em parte que nem o poo nem outra mais çugidade a gaste.

---

15 *Post* grande *del.* como.

---

1 Versio latina ultimam clausulam omisit.

2 In editione latina romana an. 1567 describitur: « linea capitum velamina ».

3 Intelliguntur linteamina pro lectis, seu sindones.

[2] Daturus lotrici domus vestes omnes in scriptis, recipietque ad eundem modum.

[3] Apponat signum, omnibus vestibus domus, uti ab aliis facile secernantur [1].

[4] Sabatis sub vesperam postulabit a Rectore, aut oeconomo duos socios cum quibus iturus est ad cubicula omnium fratrum, cuique ut distribuat subuculam suam, et vittam [2]; ubi meminerit subuculas dare convenientes corporibus, veluti si quis procerior subuculam proceriorem, si brevior, breviorem.

[5] Dabit unicuique sudarium, ab eo accipiens immundum; si non reddiderit quis immundum, non ei daturus est mundum antequam nuntiarit oeconomo.

[6] Distribuat linteamina [3] singulis diebus quindecim lapsis aestate, singulis vero tribus hebdomadis hyeme, dividatque cubicula omnia in duas partes, huic parti det uno tempore, illi parti det alio.

In editione Regularum an. 1580 ponitur *Formula scribendi auctoritate tertiae Congregationis confecta* in qua commendatur frequens litterarum commercium inter superiores et inferiores, et assignantur tempora quibus illae litterae scribi debent. Formula illa plus minus mutata invenitur in subsequentibus Regularum editionibus. Origo tamen prima illius *Formulae scribendi* est epistola Patris Ioannis de Polanco data die 27 Iulii 1547, paulo post quam ab Ignatio Patre ab epistolis et a secretis nominatus fuerat, et normae epistolae adiunctae de temporibus quibus litterae inter socios et Romam mittendae erant. Tum longa illa epistola tum normae editae sunt in MI, *Epp.* I, 536-549. Normae illae breviter comprehensae sunt in epistola data ad P. Araoz eodem die et edita ibidem p. 550-551.

Praeter litteras *quadrimestres*, quae iam in usu erant. Superiores qui in Italia et Sicilia degebant Romam litteras mittere debebant singulis hebdomadis; qui in Europa extra Italiam singulis mensibus; qui in Indiis erant semel in anno. Superiores locales ad eorum Provinciales singulis hebdomadis. Româ ad Provincias ob multitudinem negotiorum non ita frequenter scribebatur, etc. Praescriptio haec videtur nobis inter res magis *characteristicas* Sti. Ignatii ad bonam Societatis gubernationem. Cf. *Constitutiones Soc. Iesu*, part. VIII, cap. 1, n. 9 et eiusdem Declarationes.

Mon. 41

REGULAE COLLEGIORUM (1547-1548 ?)

Sub titulo *Constitutiones que se guardan en los collegios de la Compañia* scripsit P. Polanco circa annum 1547, certo post « Statuta Bononiensia » de quibus in Mon. 36 egimus, parvum tractatum [1] in quo quinquaginta paragraphis colligit aliqua ex his quae in diversis collegiis Societatis Iesu circa religiosam et domesticam disciplinam fieri solebant. Haec aliquem influxum in collectionem Regularum Romanarum anni 1549, et in posteriores collectiones habere potuerunt. Septem collegia citat Polanco in marginibus: Santa Marta, Portugal (intellige: Conimbricense), Patavinum, Bononiense, Gandiense, Valentinum et Lovaniense. De statutis collegiorum Conimbricensis, Bononiensis, Patavini, paulo superius egimus. Valentinum collegium, in Hispania, constitutum est aestate 1544 [2]; Gandiense item in Hispania fundatum est anno 1545 [3]. Lovanii aliqui scholastici Societatis Iesu extorres urbe Parisiis habitare coeperunt mense augusto 1542, sed collegium proprie tale non effecerunt nisi 18 februarii 1547. Tunc aliqua statuta sibi fecerunt, quae Romam miserunt et a Sto. Ignatio approbata sunt. Ea nos latent [4].

Mirum erit aliquibus (sicuti etiam nobis fuit) citari inter collegia Societatis *Santa Marta*. Nullum Societatis domicilium huius nominis illis primis annis invenimus. Nec aliud occurrit nisi ita appellari a Polanco communitatem feminarum in monasterio Sanctae Marthae in Urbe. Illud domicilium opera praesertim Sti. Ignatii annis 1543-1544 fundatum est ad colligendas feminas e vitiorum caeno conversas donec aut cum suis viris conciliarentur, aut, si solutae erant, nuberent, vel religiosum statum amplecterentur. Praepositae huic domui erant quaedam piae feminae, quas Stus. Igna-

---

[1] Editum in MHSI, *Mon. Paed. S. I.*, pp. 78-84.

[2] Astráin, *Historia*, I², cap. V, n. 6, pp. 268-270.

[3] Cf. *S. Franciscus Borgia*, II, 504, 507; Astráin, ibid., pp. 273-276. In hoc gandiensi collegio primum coeptum est doceri a Iesuitis in Europa anno 1546 etiam scholares externos, seu eos qui non essent e Societate Iesu; sed de regulis ad eos spectantes, si quae erant, non loquitur hic Polanco. Cf. *Epp. Mixtae*, I, 315; *Epp. Nadal*, II, p. 2. De collegii incrementis breviter agit Farrell, *The Jesuit Code of liberal Education*, p. 432. Cf. etiam Leturia, *Perchè la Compagnia di Gesù divenne un Ordine insegnante*, p. 370 in *Gregorianum* 21 (1940) 350-382.

[4] Cf. MHSI, *Litt. Quadr.* I, 28; MI, *Epp.* I, 659; Poncelet, Alfred, *Histoire de la Compagnie de Jésus dans les Anciens Pays-Bas*, I (1927), 39-46.

tius in rebus spiritualibus vel per se vel per suos regebat. Anno 1546 et 1548 ibi erat P. Iacobus de Eguia [5]. Aliquandiu in illa domo superiorissa fuit Isabella Roser, quae professionem sub oboedientia sancti Ignatii fecerat. Hac de causa illud domicilium poterat quodam sensu collegium Societatis dici [6]. Propria collegiorum Sanctae Marthae, Gandiensis, Lovaniensis, Valentini, quorum Regulae ignotae sunt, habentur apud Polanco in nn. 1, 3 (annot. 3), 7 (annot. 6), 24, 25, 26, 34, 36, 49, 50.

E domo Sanctae Marthae, notat Polanco, n. 1: *Quien ha de estar en collegios de la Compañia, primeramente sea instruido, por orden del Superior, del examen de conscientia, y oración mental y vocal etc.;* n. 3 in margine: *En Sta. Marta es la hora de meditación antes de cena;* n. 34: *Todos vengan a comer y cenar a la primera tabla, si no les fuere ordenata otra cosa; y en tanto que se come, se lea algún buen libro ad edificationem, según el juicio de quien tubiere el cargo;* tandem n. 36: *Despés de comer y el examen se dexará una hora para honesta recreatión corporal; y antes de cenar otra media: después de cena y el examen se puede tomar un poco de ayre, de verano, o de inbierno algún rato de buena conversatión antes de recogerse a dormir.*

E collegio gandiensi notat n. 3 in marg.: *En Gandia, sin dos horas de oración, ay dos exámenes, después de comer y cenar;* in n. 7 notarat, et ut videtur delevit: *En Gandia los que tienen devotión comunican entre semana.*

E lovaniensi collegio annotat n. 24: *Ninguno muestre las letras escritas por los de la Compañia, sin licentia;* et n. 25: *Ninguno attienda a confessar, ni predicar etc., sin auctoridad del Superior;* n. 49: *Cada uno tenga cuenta no solamente consigo, pero aun a los hermanos, amonestándoles según la orden de la correctión fraterna, etc.;* et n. 50: *Todas las constitutiones dichas obligan a pena arbitraria, y no a culpa ninguna.*

E valentino collegio solum hoc notavit n. 26: *Todos vayan fuera a las lectiones, cada uno de su facultad, y antes de oírlas, por si las miren.*

Summarium: *Breviter discribit P. Polancus usus varios in diversis Societatis Collegiis.*

---

[5] Cf. MI, *Epp.* XII, 631; *Epp. Mixtae,* I, 553-558.

[6] Cf. MI, *Fontes narr.* I, 149, annot. 13; TACCHI VENTURI, *Storia* I[2], part. 2[a], 21-23; 284-313; ubi edita est Bulla fundationis illius operis et quaedam statuta.

Mon. 42

INDUSTRIAE POLANCIANAE (1548)

Inter documenta, quae Regulas anni 1549 praecesserunt, et in eas aliqualem influxum exercere potuerunt, numerandae etiam sunt *Industriae* Patris Polanci, probabiliter anno 1548 scriptae [1]. In tertia Industria: « Para conservar los que se escogieren » [2] proponuntur aliqua quae inveniuntur antea in statutis Patavinis et Bononiensibus, et postea in Regulis anni 1549, uti *ne quis sine socio domo exeat, ne litterae, inscio Superiore mittantur; ut otium vitetur; ut poenitentiae secundum culpae qualitatem imponantur; ut quotidie examen conscientiae fiat; confessio et communio hebdomadaria; confessarius unus et stabilis; syndicus qui aliorum errata Superiori referat; denique renovatio votorum commendatur.*

Mon. 43

REGULAE CIRCA BONOS MORES SCHOLASTICIS EXTERNIS SERVANDOS (1548 ?)

Praefatio

Secundum in Europa collegium in quo scholasticos externos, seu non e Societate Iesu, excepit Societas fuit collegium messanense in Sicilia. Eo, rogante Ioanne de Vega prorege et civitate messanensi, decem socios misit pater Ignatius primo vere anni 1548. Qui Roma discedentes die 18 martii (Dominica Passionis) post diuturnum iter Messanam die 8 aprilis (octava Paschae) pervenerunt. Manipuli dux erat pater Hieronymus Nadal. Inter socios sacerdotes numerabantur S. Petrus Canisius, P. Andreas Frusius, P. Cornelius Wischaven; inter non sacerdotes Benedictus Palmio, Hannibal de Coudreto et alii minus noti. P. Nadal scripsit die 10 aprilis ad S. Ignatium de itineris casibus; P. Canisius die 23 aprilis ad

---

[1] Cf. *Polanci Compl.*, II, pp. VII-XI; 725 sqq.; MI, *Constit.* II, p. CLXXIV sqq. Quod Industriae Polancianae scriptae fuerint ante Constitutiones Sti. Ignatii (et probabiliter anno 1548) ut dicitur in *Polanci Compl.* l. c., impugnare intendit P. Dudon apud RAM, 15 (1934) 255. Eius tamen argumenta parum firma esse ostenditur in MI, *Const.* II, l. c. praesertim in p. CLXXX, annot. 44.

[2] *Polanci Compl.* II, 734-739.

socios lovanienses [1]. Ex his litteris discimus illos post tres dies ab eorum adventu orationes sollemnes habuisse pro studiorum inauguratione, et die 24 aprilis initium publicis lectionibus datum iri.

Collegium messanense evectum est etiam paulo post ad *Studium Generale* seu *Universitatem* studiorum per bullam Pauli III « Copiosus in misericordia Dominus » die 16 novembris 1548 datam. Bulla similis est illi quae data fuerat Collegio gandiensi anno praecedente, easdem fere facultates et privilegia collegio et universitati concedit. Publicatio tamen dilata est ad annum 1550, mense aprili, quo mense, die 21 P. Nadal in veram et actualem universitatis possessionem a vicario generali archiepiscopi messanensis inductus est [2]. Ob exortas tamen difficultates cum civitate, quae aegre ferebat iurisdictionem rectoris collegii Societatis Iesu in universitatem, ineunte anno 1552, suadente Ioanne de Vega, prorege, Societas Iesu universitatis curam reliquit, solius collegii directione sibi reservata [3].

Momentum tamen magnum hoc messanense collegium habuisse dicendum est tum ad studia collegiorum Societatis ordinanda, tum ad inducendas regulas circa bonos mores scholasticis servandos. Quod ad studia attinet, tria sunt praecipua Monumenta consideratione digna. *Primum* est velut studiorum programma typis editum Messanae ante mensem octobrem 1548, sine titulo, et, adiecto titulo in Mon. Paed. S. I. [4]; *alterum* editum ibidem immediate post, sub titulo: « Constitutiones pro universitate messanensi » [5]; *tertium* est longa narratio patris Hannibalis de Coudreto data 14 iulii 1551 ad P. Polanco, de modo quo scholae collegii in usum deducebantur. Haec narratio videtur influxum in ordinandis studiis litterarum in collegio romano habuisse, et inde in alia Societatis collegia cum notum sit S. Ignatium post collegii romani fundationem voluisse ut alia collegia, quantum fieri posset, illi se conformarent [6].

---

[1] Litterae Patris Nadal inveniuntur apud MHSI, *Litt. Quadr.* I, 94-99; litterae Sti. Petri Canisii editae sunt apud Braunsberger, *B. Petri Canisii Epistulae*, I, 272-276.

[2] Huius bullae exstant exempla manu scripta et etiam typis impressa in cod. *Sicul. 197 I.* Eam nuper iterum edidit P. Leanza in opere « *Nel 50° del collegio di Messina* » (*1884-1934*) [Messina, 1935], pp. 105-113.

[3] Videsis *Epp. Nadal*, I, 127-128; *Polanci, Chron.* II, 240-241.

[4] « Scopus et ordo scholarum messanensium Societatis Iesu », pp. 614-616.

[5] *Mon. Paed. S. I.*, pp. 617-622.

[6] Narratio P. Hannibalis de Coudreto edita est in *Litt. Quadr.*, I, 349-358. Praecitata monumenta collegii messanensis circa studia, praesertim primum, maxime commendant methodum seu ordinem parisiensem, ut ex notis optimum. De ordine parisiensi videri inter alios possunt: Friedrich Meyer, *Der Ursprung des jesuitischen Schulwesens, ein Beitrag zur Lebensgeschichte des heiligen Ignatius* (1904), pp. 10-20; J. B. Her-

(*De regulis collegii messanensis circa bonos mores*)

Editae sunt in Mon. Paed. S. I., 617-618, initio documenti sub titulo: « Constitutiones pro universitate messanensi ». Videtur nobis aliquid accuratius quantum fieri potest, dicendum de earum natura, de tempore quo scriptae sunt, et de earum auctore. Manuscriptum unde depromptae sunt invenitur in cod. *Sicul. 197* I (*prius* Sicul. Fundat. colleg. vol. V), ff. 251*r*-254*v*. Quatuor fol. hic inserta, scripta diversa manu a praecedentibus et subsequentibus. Scriptura est gallo belgica saeculi XVI. In ms. initio nullus erat titulus. Recenter in marg. superiori dextro, fol. 251*r* scriptum est: « Ordinatio studiorum antiquissima ». In fol. 254*v*, in media plicatura, scripsit P. Polanco: « Constitutiones del collegio de Mecina »; et alia manus antiqua, sed Polanco multo recentior: « Messina | Constitutiones pro universitate messanensi ». Documentum non est originale, sed apographum coaevum ignota manu scriptum. Habet sive in marginibus, sive in spatio vacuo inter paragraphos, notas aliquas seu animadversiones, quae patrem Polancum, Patri Ignatio a secretis, omnino sapiunt. Sed hoc est mirum quod eodem genere scripturae, et probabiliter eadem manu qua textus scriptae sunt. Ex aliqua ex his notis apparet haec statuta Romae, saltem ad tempus approbata esse. Tempus quo hae regulae factae sunt tacetur in manuscripto, nec ullibi expressum invenimus. Si tamen attente perpenditur secunda veluti pars documenti, quae de studiis agit [7], videtur nobis posse fere certo concludi has regulas ante finem anni 1551 propositas; quia haec pars de studiis sequitur omnino programma anni 1548, quod anno 1552, quando collegium desinit esse universitas, non amplius servabatur. Quod confirmatur etiam ex citata narratione P. Hannibalis de Coudreto (mensis iulii 1551) in qua nulla iam de scholis theologiae scholasticae et Sacrae Scripturae fit mentio. Nihil tamen mirum esset, si illae regulae iam in studiorum renovatione mense octobri anni 1548 facta propositae essent. Quod nobis summe probabile videtur [8].

MAN, S. I., *La Pédagogie des Jésuites au XVIe siècle* (Louvain, 1914), *The Jesuit Code of liberal education* (Milwaukee, 1938), 30 sqq.; DE DAINVILLE, S. I., *La naissance de l'Humanisme moderne*, I (1940), 74, sqq.

Quando adhuc spes erat ut regimen universitatis messanensis Societati Iesu traderetur (1550-1551) videtur P. Hieronymus Nadal studiorum programma Universitati accommodatum scripsisse, esseque illud quod apud *Mon. Paed. S. I.*, n° 10, pp. 89-107 editum est. Quod tamen in usum deductum non fuit.

[7] Cf. *Mon. Paed. S. I.*, 619-622.

[8] Titulus alterius praefecti archivi repetitus in *Mon. Paed. S. I.*, p. 617, videtur in errorem induxisse Patrem Farrell circa tempus huius monumenti. Cf. l. c. p. 63, et not. 15.

De regularum auctore nihil invenitur neque in manuscripto neque in testimoniis coaevis. Proponuntur nomine collegii. Etiam in notis hispanis nulla persona nominatur. Cum tamen P. Nadal primus collegii rector fuerit, obvium est ut ille maiorem laboris partem in illis concinnandis habuerit, et illi auctori tribuantur. Bartoli asserit patrem Nadal composuisse duo regularum corpora ita scienter facta, ut a S. Ignatio approbata, aliis quoque collegiis norma fuerint [9]. Habuitne Bartoli alia documenta nobis ignota? Incertum nobis est. In documentis collegii messanensis nullas regulas speciales pro scholasticis Societatis Iesu invenimus [10].

Regulae quae ad bonos mores spectant viginti paragraphis comprehenduntur. Nullos numeros praefixos in hoc apographo habent; sed post paragr. 20 incipiunt iam regulae circa studia. « Qui Donatum discunt » etc. Notanda est regula prima, qua praecipitur ut omnes scholastici singulis diebus missam audiant, et tertia qua confessio peccatorum singulis mensibus iniungitur. Communio tamen libera relinquitur secundum cuiusque devotionem et confessarii consilium. In qua re multo diversa est regula scholasticorum Societatis Iesu qua communio hebdomadaria etiam sub poena praecipitur. Multa alia in his regulis notari possent, quae ad seriam et internam vitam ducunt, quae lectoris prudentiae consideranda relinquimus. Regulas has circa bonos mores magnum in collegiis Societatis influxum habuisse, colligi potest ex eo quod plus minus abbreviatae vel auctae et vulgari sermone scriptae, inveniuntur in collegiis Hispaniae et Lusitaniae et in aliis collegiis Italiae. Cf. sis Monum. Paedagogica, 634-636, 653-655; 656-662; et quod maior eorum pars recepta sit in libello « Ratio Studiorum » sub titulo: « Re-

---

[9] Bartoli verba sunt: « Passati allo scorcio del Settembre [1548] dal Vescovado al novello Collegio, il P. Natale vi ordinò la maniera del insegnare, quanto al più far si potè, allo stile usato nelle Academie di Parigi: e per gli scolari, così di fuori, come nostri, compilò due corpi di regole, tanto saviamente pensate, che S. Ignazio approvolle, e divennero forma commune al governo degli altri luoghi di studio, che poi di tempo in tempo aggiugnendosi a questo primo, hanno empiuta la Sicilia, e l'Italia ». Cf. *Delle opere del Padre Daniello Bartoli della Compagnia di Gesù*. Vol. V. Dell'Italia libro primo e secondo. Torino, 1825. Dell'Istoria della Compagnia di Gesù. L'Italia. Prima parte dell'Europa. libro secondo, capo dodecimo, p. 130.

[10] Regulae pro scholasticis Soc. Iesu promulgatae sunt a Patre Nadal hispanice annis 1553-1554 in collegiis Hispaniae et Lusitaniae, ut inferius videbitur. Retractatae postea latine ab eodem P. Nadal, inveniuntur in alio eiusdem auctoris scripto, edito apud *Mon. Paed. S. I.*, n° 11, pp. 107-140 sub titulo: « Ordo studiorum duobus praecedentibus locupletior ». Quod scriptum, ut bene probat P. Farrell, *The Jesuit code*, p. 76 sqq., et p. 88, not. 31, ante annum 1565 perfectum non est.

gulae externorum auditorum Societatis ». Ob earum momentum eas accurate cum antiquo apographo collatas, de novo edimus.

Summarium: *Agunt*: 1. *De Missa.* — 2. *De doctrina christiana.* — 3. *De confessione et communione.* — 4. *De contione.* — 5. *De precibus ante et post lectiones.* — 6. *De examine conscientiae et doctrina christiana.* — 7. *De precibus matutinis et vespertinis.* — 8. *De non iurando.* — 9. *De verbis obscenis vitandis.* — 10. *De alea et ludis proibitis.* — 11. *De timore Dei, et mundi honore.* — 12. *De studiorum fine.* — 13. *De statu eligendo.* — 14. *De otio vitando.* — 15. *Arma gerere prohibentur.* 16. *De punitionibus et monitionibus.* — 17. *De schola accommodata adeunda.* — 18. *De absentia a scholis parentibus nuntianda.* — 19. *De usu linguae latinae.* — 20. *De syndico.*

[REGULAE BONOS MORES SPECTANTES (1548 ?)]

Textus

[1] Audiatur quothidie missa ab omnibus, quae dicatur ante primam lectionem.

[2] Legatur die veneris in singulis scholis doctrina christiana pro captu omnium.

[3] Singulis mensibus omnes confiteantur: et si qui sint devoti, communicent, de consilio tamen confessoris.

[4] Omnibus diebus dominicis et etiam festivis audiant concionem.

[5] Singuli praeceptores ante inchoationem lectionis orent et inducant omnes ut simul orent: in classibus puerorum, etiam publice ut respondeant pueri; vesperi idem faciant, ubi dimittuntur scholares.

[6] Doceantur omnes scholares examen generale, et ut quotidie illud faciant, exhortentur: curetur ut omnes sciant doctrinam christianam et modum confitendi.

[7] Ut saltem quottidie bis mentaliter orent *vel vocaliter*, ubi surgunt et ubi eunt cubitum.

[8] Nullus omnino iuret quodcumque iuramentum: *quod si enormi* aliquo modo Dei et sanctorum nomen usurpabunt, eis aliqua pena esset adhibenda.

[9] Nullus obscenum verbum dicat.

[10] Nullus ludat alea vel quovis ludo prohibito, *sub aliqua pena.*

[11] Omnes timorem divinum prae oculis mentis habeant et toto corde complectantur; ac mundi honorem, qui contrarius sit legi Dei, pestem credant sentiantque certissimam ac pernitiosissimam esse orbi universo.

[12] Finem constituant omnes, non solum studiorum, sed etiam operationum omnium, honorem Dei et gloriam.

[13] Semper orent et instanter Deum, ut mentem illis bonam det et sanctam, et nihil quis de statu suo deligat, nisi prius diligentissime oret magna devotione, cum omni proprie voluntatis abnegatione.

[14] Omnes diligentissimam rationem habeant temporis, ne ociosum pretereat et inutile, quod debet omnibus esse pretiosissimum.

[15] Nullus scholasticus veniat cum ense aut pugione in scholam, sub aliqua etiam pena [1].

[16] Omnes impuberes subiaceant ferule, puberes verbis graviter obiurgentur in publica schola, vel omnino reiiciantur, ubi incorregibiles inveniantur.

[17] Omnes scholastici examinentur, et pro ratione facultatis uniuscuiusque applicetur sue schole [2].

[18] Constituatur qui indicem habeat omnium, et notet absentes; et parentes certiores reddantur de eorum absentia.

[19] Omnes loquantur latine utcunque, et sit qui notet non loquentes latine.

[20] Sit in unaquaque classe syndicus, qui exploret omnes omnium conversationes et referat ad preceptorem: syndicus secretus sit et secrete deferat [3].

---

[1] *In margine interno*: Devríase añadir que ninguno patee ni silve para que el maestro acabe, ni aga en las escuelas otro acto desonesto. Y otro statuto, que los maestros no pasen el tiempo, que les es limitado, de su lectión, porque no tengan ocasión los escolares etc.

[2] *In margine*: Estos estatutos, que conciernen bonos mores, porque no se olviden, debrían proponerse cada mes a los discípulos por el preceptor o en común.

[3] *Intra paragraphos*: Para que esto se observe mejor y sin odio del síndico y preceptores, será bien que cada uno que se ponga en la matrícula de estudiantes, se proficra ser contento y con deseo de ayudarse ruegue a todos que le acusen siempre de sus faltas ante el preceptor, y si hiziere ausentia del estudio, ante sus padres o personas que de ellos tienen cuidado; y esto se debría hazer en público.

Por consiguiente se havría de hazer otro statuto, que todos los que continúan las lectiones se hiziesen matricular, lo qual sea sin costa; y alli se devrían leer a todos los estatutos que conciernen bonos mores, entre los quales será el precedente.

REGULAE ROMANAE ANNI 1549

Praefatio Generalis

In documentis aliquo modo a S. Ignatio procedentibus, quae hucusque percurrimus, inveniuntur semina Regularum Romanarum. Anno 1549 invenimus Romae non iam solum Regulas aliquas generales, sed etiam complurium officiorum; verum Regularum codicem. Exstant hae Regulae in cod. *Instit. 38a.*

Auctor regularum.

Auctorem regularum quae sunt in cod. *Instit. 38a* fuisse P. Ignatium (etsi eius manus in codice non apparcat), nullum rationabile dubium esse posse videtur. In compluribus enim regulis exigitur licentia patris Ignatii ad aliquid agendum vel omittendum. Videsis reg. communes 30, 31, 46, 51, 58, 62, 63, 66, 67, 68, 69. Imo in regula 40 dicitur in prima persona: « Il quale per mutarle *yo reservo* al ministro ... », quae verba Romae nulli alii nisi Sto. Ignatio convenire possunt. Attamen non impedire videntur quominus in earum redactione alii Patres, ut Minister Domus, etc. aliquam partem habuerint.

Qua lingua primum regulae scriptae sint.

Si Stus. Ignatius has regulas non solum edidit, sed etiam scripsit, eas lingua hispana fere certo scripsit, quia omnia fere eius scripta quae novimus, hispanice exarata sunt. Aliqua indicia linguae hispanae in his Regulis, praeter illud *yo reservo* in regula 40 Communium, possunt esse: usus particulae conditionalis *si* pro *se*, in reg. comm. 2, 3 etc., et e contrario usus *se* reflexivi pro *si* in reg. comm. 11, 16 etc.; usus gerundii pro forma personali verbi in reg. comm. 4, 6, 10 etc., qui modus non raro adhibetur a Sto. Ignatio in scriptis hispanis.

Fons harum regularum.

Praeter orationem, rationis discursum, experientiam, de quibus Polancus loquitur, habuitne Pater Ignatius prae oculis aliquod

exemplar antiquius Regularum dum has scribebat? Non invenimus quid simile nisi Regulas a P. Simone Rodriguez scriptas, quarum comparationem cum his Regulis romanis superius in Praefatione generali, cap. III instituimus.

MON. 44

REGULAE COMMUNES ROMANAE ANNI 1549

Praefatio

Inveniuntur in cod. *Instit. 38a*, ff. 7*r*-15*v* (1-12). Sunt numero 75. Primitus videntur caruisse signis numerorum, quae addita sunt postea a P. Polanco, Sti. Ignatii a secretis. Hic nullo numero signavit regulam secundam, quae cancellata est; unde videtur patrem Polancum numeros addidisse postquam iam illa secunda cancellata erat. Itaque nunc numerantur 74. Compluribus manibus, nobis ignotis, scriptae sunt. Prima manus scripsit regulas 1-63; secunda, regulas 64-65 (qua manu scriptae sunt in fol. 84*v* aliquae normae pro tuenda valetudine venientium Romam tempore aestivo, ubi scriptor se dicit infirmarium); tertia, regulas 66-71 et 74-75. Regula 72 videtur scripta diversa manu a praecedentibus. In aliquibus correctionibus, quas in apparatu notabimus, sunt adhuc aliae manus. Sti. Ignatii manus nullibi apparet; Polanci certo in regula 24; probabiliter in regula 11.

In his regulis nullus apparet ordo logicus qui artem redoleat. Inter regulas 48 et 49 est in manuscripto spatium solito maius, tamquam si ibi stetisset primum Regularum collectio; quod bene quadraret cum his quae in regulis 46-48 dicuntur de memoria Regularum habenda. Manus tamen eadem sequentes regulas transcribit usque ad 63. Unde suspicio animum subintrat regulas transcriptas esse ex alio codice anteriore, cuius tamen nullum vestigium nobis notum est.

Influxus Regularum communium anni 1549 in posteriores editiones Regularum Societatis Iesu.

Regulae communes romanae a Sto. Ignatio conditae anno 1549 formam externam mutaverunt, vivente adhuc earum auctore, in formam magis generalem, ut aliis Societatis domibus accommodari possent; et divisae sunt in quibusdam editionibus in tres partes, a aliis in quatuor (*Quae quisque erga se servare debeat. — Ser-*

[1] Matriti 1892, pp. 341-343.

[2] Cf. MI. *Const.* I. pp. CCXXXII-CCXXXIX.

vanda erga Superiores. Servanda erga domesticos. Servanda erga extraneos, et cum foras eundum est).

Huius novae formae, quae ad nostra usque tempora duravit, et permanet in aliquibus editionibus vulgaribus, exstat exemplum italum inter regulas Româ Neapolim missas ineunte anno 1552; aliud etiam italum editum a P. La Torre in Appendice ad *Constitutiones latinae et hispanicae* [1] desumptum ex codice *E* (*Instit. 1e*) ff. 142*r*-147*v* [2]. Exstant etiam complura exempla antiqua hispana de quibus dicemus inferius, cum de regulis anno 1553 in Hispaniam et Lusitaniam missis nobis agendum erit. Postea translatae sunt in linguam latinam, et forma (aliquando etiam materia) mutata est plus minus in editione Patris Laynez, 1560; in Sti. Francisci Borgiae, 1567; in Mercuriani, 1580; denique in Aquavivae editionibus, et in editione *definitiva* 1616. In omnibus tamen editionibus remanent non pauca vestigia (semper rariora) textus anni 1549. Quod ut appareat, indicamus vestigia quae remanent in editione definitiva an. 1616, ponentes numerum regularum 1549 et intra parenthesim numerum regularum communium huius editionis. Si quando aliqua regula ex 1549 extra regulas communes 1616 invenitur, hoc etiam indicamus.

1-5 (3); 6 (41); 7 (16 et Reg. sacerdotum 18); 8-9 (Reg. sacerdotum 13); 10 (Reg. sacer. 15); 11 (Reg. Min. 9); 12 (Reg. modestiae); 13 (Reg. praef. lect. ad mensam; omissa secunda parte); 14 (33); 15 (43, omissa secunda parte); 16 (46); 18 (28); 21 (Reg. ianitoris 13); 23 (7); 24-25 (17); 26 (9); 27 (2); 28 (31); 29 (9); 30 (40); 31 (6); 32 (31, 32); 34 (22); 35 (Reg. praef. refect. 6); 36 (15); 39 (27); 40 (Reg. Magistri novic. multum mutata); 42 (Reg. aedit. 10); 43 (2); 49 (Reg. ianit. 2); 51 (Reg. ianit. 9); 62 (Reg. Ministri 10); 53 (Reg. Ministri 11, 12); 54 (18); 55-57 (Summ. Constit. 39); 58 (Reg. Mag. novic. 52); 59 (33); 60 (24); 62-63 (43); 64-65 (Summar. Constit. 46); 67 (36); 70 (35); 72 (16); 74 (12).

Accidit ut multa quae in his Regulis continentur, inveniantur etiam forma magis generali in Constitutionibus; unde factum arbitramur ut in editione P. Mercuriani 1580 et sequentibus, in quibus fontes singularum regularum indicantur, non hae regulae, sed Constitutiones, quae in omnium manibus erant, citentur. Comparationem harum Regularum communium cum *Regula generali* Patris Simonis vide in Praefatione generali cap. III. Conferri etiam possunt cum Regula S. Augustini, ex qua et ex aliis Sancti operibus 15 paragraphos extraxit Polancus [3].

---

[3] Extracta polanciana edita sunt in MI, *Constit.* I, 275-276. In paucis est similitudo aliqua cum praescriptis a S. Ignatio. Quae praescribuntur de non exeundo e domo sine socio, de non dandis vel accipiendis litteris vel pecuniis etc. sine Superioris venia, de silentio etc. inveniuntur in regulis antiquorum ordinum religiosorum a primis initiis vitae coenobiticae.

Correctiones in Regulis communibus

In textu Regularum communium notandae sunt aliquae correctiones, quae generatim primum textum mitiorem efficiunt. Earum auctorem (praeter duas factas manu patris Polanco) ignoramus. Cum nullum aliud apographum harum regularum exstet, etiam ex hac parte difficilius redditur tempus harum correctionum definire; eo vel magis quod in editionibus subsequentibus, ordo mutatus est, et plures regulae in unam aliquando contractae. Omnes correctiones suis locis notatae sunt.

De modo editionis harum regularum

Cum adsunt correctiones, retinemus in textu lectionem primam, et correctionem posteriorem in apparatum reiicimus nisi error scribae manifestus sit. Regulas cancellatas retinemus in textu parenthesi angulari inclusas. Verba itala et loquendi modum, prout in manuscripto sunt transcribimus, quamvis satis differant a modo hodie usurpato.

Summarium: 1-5. *De nostrorum confessionibus.* — 6. *De non promittenda opera antequam Superior moneatur.* — 7. *De egressu e domo etiam ad opera pia,* — 8. *De confessionibus domesticorum diebus dominicis et pro festis non audiendis.* — 9. *Confessiones in nostro templo.* — 10. *Quomodo audiendae confessiones.* — 11. *Confessio et communio hebdomadaria sub poena praecipitur.* — 12. *Modestia commendatur.* — 13. *Lectio ad mensam.* — 14. *Ingressus in alterius cubiculum.* 15-16. *Egressus e domo.* — 17. *Colloquium cum personis non bene visis.* — 18-19. *Demissa voce loquendum et orandum ne alii turbentur.* — 20. *Ad portam non loquendum, nisi voce demissa, si necesse sit.* 21. *Cum externis quomodo loquendum.* — 22. *Ianitor et eius socius.* — 23. *Praecepta circa pecuniam;* — 24. *medicamenta et medicum;* — 25. *aegrotantes;* — 26. *petitiones;* — 27. *modum audiendi missam;* — 28. *mandata;* — 29. *res alienas;* — 30. *consilia ab externis;* — 31. *publicas paenitentias et contiones;* — 32. *aliorum officia;* — 33. *et colloquia.* — 34. *prudentiam in loquendo de aliis.* — 35-36. *De adeundo refectorio.* — 37-38. *Quando se in cubiculis colligere debeant.* — 39. *Cum candidatis non loquendum.* — 40. *Novicii quem habitum portare debeant.* — 41. *Ministro et subministro oboediendum.* — 42-44. *Signa a ianitore et aeditue danda ut laici et sacerdotes ad templum accedant, et quo ordine sedendum.* — 45-48. *Minister has ordinationes observari faciat, et per syndicum de negligentibus informetur, et novo ministro et subministro et noviciis de novo adventantibus indicet.* — 49. *Adventantium durante prandio vel cena notitia quomodo communicanda. Ordinationes,* — 50. *circa poenas;* — 51. *eleemosynas accipiendas;* — 52. *donus munditiem;* — 53. *fenestras et portas;* — 54. *lecti et cubiculi curam;* — 55-57. *litteras vel mittendas vel accipiendas;* — 58. *noviciorum colloquia;* — 59. *ingressum laicorum in alterius cubiculum;* — 60. *impedimenta occurrentia;* — 61. *successoris in officio instructionem;* — 62. *egressum e domo bacchanalium tempore;* — 63. *stationes et temporum visitationem;* — 64-65. *res necessarias petendas;* — 66. *circa res sacelli et missas in eo dicendas;* — 67. *colloquia cum externis domum advenientibus;* — 68. *modum standi vel sedendi in horto, prae-*

sente P. Ignatio vel externis; — 69. *rerum domesticarum venditionem;* — 70. *salutationes durante prandio;* — 71. *clavum vel imagines in proprio cubiculo figendas;* — 72. *ingressum in cellam penariam, et aquae potum.* — 73. *In lecto non iacendum per diem nisi infirmitatis causa.* — 74. *Sine indusio non dormiendum.*

†

IHS.

REGOLE COMMUNI DI CASA SECONDO IL TEMPO [1]

1. Se saranno doi confessori che confessano <tutti>, l'uno si confessi con l'altro.

<Item. Si seranno doi confessori che non siano professi, si confessi il'uno con l'altro>.

2. Item. Quando alcuno se confessarà con alcuno di loro, di poi che farà il segno della santa croce et dirà: « Ego peccator », la prima cosa dica: Io mi confessai l'ultima volta tal giorno con tale, et immediate il confessore li domanda si ha pigliato cosa alcuna de casa senza licentia, e si l'ha pigliato li differisce la absolutione, con discretione, finchè lo ristituisca domandandole perdono.

3. Item. Si questo penitente non si confessò con il medesimo confessore, o con altro di casa con licentia del medesimo confessor' o del ministro, di novo si confessi con il suo confessore del tempo che l'ultima volta si confessò con lui.

4. Item. Il penitente si esmenticasse de dire con chi et il tempo che se confessò, el confessor se lo domanda et dopoi facendoli confessare da el giorno che con lui se confessò.

5. Item. Nessuno tal penitente si confessa con altro anchora che sia de casa, se non con il suo confessor'; se non fosse per comandamento del suo confessor' per alcuno caso [2].

6. Li sacerdoti, sendoli dimandato per confessar' della matina al tardo, o de un dì per altro, o ver per dir' messa di

---

2 tutti *obl. Forsan scriptum per errorem* || 4-5 Item — l'altro *obl., videtur tamen pertinere ad textum primum.*

---

1 Quid hoc loco significent verba *secondo il tempo* non clare apparet. Fortasse indicant Regulas esse factas ad tempus. Cf. Reg. 46. Haec locutio omissa est in editionibus subsequentibus. Cf. *Estratto*, pp. 139-141.

2 Regula de non mutando confessario sine necessitate, valde cordi erat patri Ignatio. Iam in primis statutis collegiorum hoc decretum est. Cf. MI, *Constit.* I, 58. Ipse hanc regulam servabat, ut ad annum 1555 notat P. Ludovicus González. Videsis MI, *Fontes narr.* I, 628, 631.

fuora; non risolvendosi in prometter' a nisuno, rispondendo con bone parole cioè, che pensano poterlo far, et che lo faranno intendere al superiore; perchè sogliono di continuo accadere de cose urgenti altre alle quali non si potrebbe manchare, etc.

7. Medesimamente a monesterii de donne che nissuno vada senza saperlo il medesimo P. M. Ignatio; ne a mangiare fuora, confessar' o visitare donne o inferme [3], senza sua licentia, o (in questo caso) dal ministro, et allhora menando seco un compagno di casa assistente con esso alla tal visita. Ad altre opere di charità che accadeno potendo andar, avisando tamen il portenaro dove vanno.

8. Le feste per attender' alla chiesa, a le confessioni de quelli di fuora, le sacerdoti (dicendo etiam il suo officio con tempo) non se occuparanno in confessioni di casa, se non fusse un poco per riconciliarsi volendo dire messa, et maxime la mane, anche le domeniche ordinariamente, nè li sabbati, nè tutte le feste principali con doi giorni inanzi.

9. Li sacerdoti non andarano a confessare nè dir messa fuori senza che il P. M. Ignatio il sapia, per attendere alle admistratione delli sacramenti che in tali giorni più frequentano nella chiesa.

10. Li confessori facendo metter' allato il penitente, che l'un al'altro non si risguardi in faccia, per più honesta libertà et più attencione della mente; tenirà per questo sempre coperto con la mano il volto verso il penitente, solo quanto intenda, l'orecchia discoprendoli, cioè maxime con donne et gioveni, or in chiesa, or sia con monache alle grate confessando in monasterii, o altrove con la licentia del P. M. Ignatio.

11. Tutti se confessaranno et communicaran ogni settimana, <come la domenica, o prevenendo il sabato>, et, mancando in questo, per <lunedì>, il credenziero non li darà la reffectione corporale fin che pigli quella spirituale, et come

30 inferme] *mutatum in* infermi || 33 ad → accadeno *subducta lin.in ms.* | avisando *mutat.in* avisaranno || 34 il *mutat.in* al || 35 alla *mutat.in* nella *fortasse prima manu* || 37-38 se non — messa *sub.lin.* || 53 come — sabato *obl.* || 54 lunedì *obl.,et supra lin.manu Polanci* il dì seguente.

[3] Non facile diiudicari potest utrum legendum sit in ms. infermi an inferme quia ultima littera *e* mutata est in *i*, aut vice versa *i*. in *e*. Nobis potius videtur legendum *inferme* ob rigorem quem pater Ignatius ostendit in Patrem qui ad cuiusdam feminae confessionem audiendam sine socio adiit; quod de virorum confessionibus nunquam legimus. Cf. MI, *Epp.*, VII, 588-589; MI, *Fontes narr.*, I, 522, 564.

sta ordinato nella regola data al confessore et Maestro de novitii di casa [4].

12. Procuri ogn'uno maxime per le strade et per la chiesa de andar quieto, non discorrendo col capo, de qua o in là, et con li occhi inclinati che mostri devotione di dentro et modestia di fuori.

13. Essendo copia di persone, si lega alla mensa in latino o in volgare, della Scriptura, Flos sanctorum o De Contemptu mundi, secondo ordinarà il ministro; et il lectore intendendo alcune bone cose, le potrà dechiarare agli altri [5].

14. Niuno intrarà in camera de altro senza chiamar prima, come se contiene in la Regola del portiero; et essendo uno in camara d'altro, habiano la porta aperta [6].

15. Niuno uscirà fuora di casa senza licentia delli ministri [7]; et quando non sarà cosa importante, la sera dimandarà la licentia s'ha d'andar' il dì seguente a estationi o altra cosa [8].

16. Niuno se partirà de casa senza advertire al portiero

---

[4] Regulae Magistri noviciorum desiderantur in cod. *Instit. 38a*. De illis inferius agemus. Potest hic intelligi regula quae est inferius in *Casibus reservatis*. Ceterum confessio hebdomadaria praecipitur iam in Statutis collegiorum anni 1541. Vide Mon. 3. Communio ibi praecipitur sumenda vel octavo vel decimo quinto die. In ordinatione collegii patavini anni 1546 praecipitur etiam communio hebdomadaria sub eadem poena, qua in hac regula. Mon 33. Statuta collegii bononiensis praecipiunt etiam communionem hebdomadariam. Mon. 36.

[5] *Flos Sanctorum* dicebatur *Legenda aurea* seu *Legenda Sanctorum* a Iacobo de Voragine [Varazze, † 1298] scripta. *De Contemptu mundi* videtur esse notissimum opus *De imitatione Christi et contemptu vanitatum mundi*, quod generatim Thomae a Kempis tribuitur. In ordinatione collegii patavini (1546) alia etiam legenda inter prandendum et cenandum proponuntur. Cf. *Epist. Mixtae*, I, 692, n. 6 vel superius Mon. 33. Facultas data lectori aliquid ex devotione adiungendi retinebatur adhuc in Regulis communibus Romae editis anno 1560 (p. 16) ita: « Qui ad mensam legit, dum ei utile aliquid ex intelligentia eorum, quae legit, in mentem venit, id aliis explicare poterit; tantum modestiae et humilitatis rationem habeat|». In editione vero 1567 non amplius invenitur.

[6] Regulae ostiarii seu ianitoris desiderantur in hoc cod. *Instit. 38a*. Praecipitur hoc in ordinatione coll. patavini. Mon. 33.

[7] Saepe in his regulis adhibetur verbum *Ministri* in numero plurali. Probabile est intelligi *Ministrum* et *Subministrum* (Sottominstro).

[8] Vide Statuta bononiensia. Mon. 36 et cf. sis MI, *Fontes narr.*, I. 669, (n. 245b). *Statio* in romana liturgia dicebatur festum speciale alicuius ecclesiae. Pro tempore praesertim Quadragesimae indicantur in Missali Romano.

dove va. Et essendo in la chiesa venirà ad avisarlo, o mandarà, volendo da la chiesa andare in altra parte.

17. Quelli che saranno difficultosi insieme non si parlino l'uno con l'altro.

18. Tutti parlino basso et con voce mutata o equivalente (benchè li ministri possino chiamar' uno o altro come meglio li sarà), di modo che in sua camera o in chiesa non sia sturbato l'uno da l'altro.

19. Tutti si guardino al legere o fare oratione che l'uno perturbi l'altro per parlare alto; ma chiascheduno faccia oratione come si sol fare nella chiesa senza turbarsi l'un a l'altro.

20. Intrando o usciendo fuora alcuno di casa, non se fermarà alla porta nè incirca la porta; et essendo necessità parlare qualche cosa, parlerà basso come all'orecchie, altramente andarà la via sua.

21. Havendo da parlare con forastiero alcuno, si tirarà da parte dove non impedisca chi va o viene, sempre racordandosi parlar basso. Se haverà però discretione delle persone se fusse de conditione per parlarle quello che li parerà, o fuori, o dentro al curtiglio o alla chiesa, come meglio gli parerà.

22. Niuno starà a parlar' dentro della portaria, se non fusse qualche necessità. Il portiero però potrà star con uno per consolatione sua spirituale, parlando basso come è detto.

23. Niuno tenirà proprii denari in casa; et s'alcuno n'havesse, li dia a guardar agli ministri o a chi loro diranno [9].

24. Niuno pigliarà cosa d<i botegha> senza conseglio del medico et delli ministri; il quale medico sia chiamato et elletto per li ministri et non per alcun' altro di casa, sano o infermo [10].

25. Infirmandosi alcuno, et maxime de febre, subito advisarà al ministro, et il ministro proveda incontinenti et incontinenti dica al superiore.

26. Niuno domandi cosa alcuna fori de casa senza licentia.

27. Niuno udendo messa si getti sopra banchi, nè se apogi a mura.

---

99 di botegha] *mutata Polanco in* del speciale || 105 *Post* licentia *add. alia man.* ne doni ne presti cosa alcuna di casa senza licentia del Padre M. Ignatio. *Ad quae per errorem adposuit in marg. P. Lancitius*: « Manus S. P. Ignatii minuto charactere. » *Quod etiam scripsit in opusculo*: « *Dictamina S. Parentis generalia* ». Cf. MI, *Scripta*, I, 488-489.

---

[9] Similia praescripserat P. Sim. Rod. *Regra geral*, n. 8. Vide MON. 23.

[10] Non sumendãs medicinas sine medici consilio praecipit P. Simon Rod. *ibid.* n. 9. Vide etiam ordinationem coll. patavini 1546. MON. 33.

28. Niuno di casa tenirà comandamento o imperio sopra alcuno di casa, lassando il carrico agli ministri.

29. Niuno pigli cosa di casa o di camera d'altro senza domandar licentia agli ministri o a quello della camera [11].

30. Niuno consultarà con alcuno fuori di casa di caso alcuno de conscientia, nè domandarà conseglio o parere de cosa alcuna senza primo communicarla col P. M. Ignatio.

31. Niuno in Roma farà mortificatione alcuna publica, nè in tempo alcuno, senza primo advertire li ministri, nè andarà a predicar' senza licentia del P. M. Ignatio.

32. Niuno se impazarà [12] del'officio d'altro se non fusse per avisar l'un fratello l'altro per charità; però niuno reprenderà altro, lassando tal cura a chi l'ha, al quale potrà advisar' vedendo una cosa o altra che non stia bene, acciò li proveda.

33. Niuno se intrometterà nel parlar de altri senza esser' chiamato, ma ciascuno procuri far i casi soi.

34. Quando li superiori parlerano con uno, o il reprehenderano, ascoltandoli con humiltà, li lassarà parlar' senza interrompergli; nè altro s'intrometterà quando gli superiori parleranno con alcuno; ciam tutti advertiranno de non parlare del uffitio, o mancamento de altro, in sua presentia, con li superiori, dove si turbi l'uno con l'altro.

35. Di poi che si comenciarà aparechiare il refectorio, niuno se trovi in sala fin al primo tocco della campana, che così alla cena como al pranso si tocca due volte, facendo d'uno tocco al'altro termine de uno 4° de hora.

36. Al secondo tocco della campana tutti in punto lassando qualsivoglia cosa, ctiam la lettera cominciata, vengano alla sala; et se sarà cossì d'importantia l'occupatione, manifestandola tornarà a dispedirla.

37. L'inverno quelli che non hanno occupatione per la casa, di notte se ritiraranno alle loro camere, al hora del Ave Maria et dopo cena.

38. La estade se racoglieranno simiimente fermando le fenestre et la porta, di poi uno 4°, sonata l'Ave Maria, per far oratione e examinarsi avanti l'hora del dormire.

39. Niuno di casa parlerà con niuno che starà nelle stanze de probatione senza licentia del Superior' o del M.° de casa [13]

128 uffitio] *seq. de obl.* || 139 ritiraranno] *videtur mutat.in* reti-

[11] Vide P. Simon. Rodr. *Regla geral*, n. 7. Mon. 23.

[12] Sic pro *impacciarà*.

[13] Legi potest « Maestro di casa », ut appellatur quandoque Minister in Constitutionibus, P. IV, c. 10, n. 7. (Cf. MI, *Const.*, II, 195, 460, 461).

(fuori del comune salutarsi, ch'si sol far' per charità scontrandosi).

40. Tutti novitii in casa nel tempo delle sue experientie et probationi andaranno vestiti con il medesimo vestito, o longo o corto o de qualsivoglia foggia, come vennero dal seculo, attendendo più alla propria humilliatione et mortificatione et al spiritu, che allo corporale et visibile del mondo; et bisognando rivestirli in questo mezo, se li poterà rifare medesimamente conforme al vestimento che portaro di fuora, et non altro alcuno che la Compagnia sole dare da poi le probationi etc. Il quale per mutare, yo reservo al ministro, et il ministro riservi al sotto M.° di casa[14].

41. Al ministro et sottaministro, tutti ubidiranno medesimamente. Reservato che alli inobedienti non si dia da mangiare senza saperlo il superiore.

42. Il sacristano mezo 4° d'hora anzi de sonar mai alla predica o lectione venirà sempre avisar' al portinaro che soni la campanella in casa, et il portinaro sonerà subito tre botti per corritore.

43. Al'hora tutti et sacerdoti et layci andaranno in chiesa et vi saranno anzi che il sacristano cominci a sonar la campana (la qual lui sonarà poi per un bon 4° di hora anzi a la predica)[15].

44. Tutti se metteranno appresso occupando la parte delli banchi che va verso l'altare, acciò gli'altri che vieneno possano sedere consequentemente; et li sacerdoti si sederanno tutti appresso l'altar'magiore su de la parte dove se lege il evangelio.

45. Il ministro farà mettere più o meno banchi in chiesa secondo che bisognarà, ponendo sempre uno accusatore, quale adverta quelli che si dormino o stanno inquieti o non ci vanno; la sera advisando di cio detto accusator' al ministro in casa.

46. Questo per ordinatione del P. M. Ignatio si osservarà fra che lui vi sarà, o che altro se ordini, in tal modo ch'il ministro che sarà, (havendone bona cura) mutandose, o per altra occupatione, advisarà al suo successore per far observare il medesimo in Domino.

47. Et il ministro habbi cura de advisare de queste regole al sottaministro.

---

167 anzi] *mutat.a Polanco in* inanzi

---

[14] Haec ordinatio vigebat adhuc anno 1555. Cf. sis MI, *Fontes narr.*, I. 549-552.

[15] Vide sup. Mon. 39.

48. Et quando che venirà novicio alcuno che habbia da mangiar in commune, il Ministro o sottaministro le legerà questa regola in tinello.

49. Niuno faccia imbasciata alcuna al'hora di pranzo o cena a quelli che staranno in tavola, or sia in tinello, or in camera del P. M. Ignatio [16], et il portinaro usando di compli-mento con quelli che vengono di fuori, in tal' hora, gli potrà dire: non so se disna o cena; ma che lui andarà advisar' quello che ha cura. All'hora potrà advisare al ministro o sottoministro o ad uno sacerdote che non stia in mensa. Li familiari però di casa, o inbaxatori, di casa de Mons^or^ Rmo. Carpi [17] o Coria [18], overo de altri prelati, di tali se farà la inbasciata. Finalmente il portiero haverà discrectione, secondo le persone che vengono, cossì si portarà.

50. Le penitentie de alcuna disciplina o di pane et acqua, che se potrebbeno dar' dalli ministri in casa, si riservano al superiore, che lui solo li possa dare o vero ordinare [19].

51. De le lemosine che vengono in casa se facciano intendere al ministro, et il ministro avisarà di quelle subito che potrà a M. Pietro Codatio [20] o al P.^e^ M. Ignatio.

52. Li corritori et luoghi communi de la casa se scopeno sempre alla matina a molto bon'hora [21], o vero alla notte sonata l'Ave Maria.

53. Le fenestre de essi corritori ne averanno cura li ministri che se fermano a l'Ave Maria, et la porta del passatore del orto a una hora de notte.

54. Item, che ogni uno, tanto sacerdoti como laici, assetti

194 Coria] *emend.ex* Coyra. || 198-200 *In marg.scriptum est alia manu* Non si legga in publico nè in privato

[16] P. Ignatius solitus erat cibum in suo cubiculo cum paucis aliis sumere. Cf. MI, *Fontes narr.*, I, 640.

[17] Cardinalis Rodulphus Pio de Carpi erat Societatis Iesu protector.

[18] Ita appellabatur ex dioecesi, cuius episcopus tunc erat, cardinalis Franciscus de Mendoza.

[19] Vide appar. criticum.

[20] P. Petrus Codatius [Codazzo], iam presbyter Laudiensis, adiunxit se Ignatio eiusque sociis anno 1540, primus Italorum. Ipsi debetur quod templum Sanctae Mariae de Strada Societati concessum sit. Curam materialem domus Romanae ad mortem habuit, et a Patre Ignatio ei honores et suffragia fundatorum tributa sunt. Cf. MI, *Constit.*, I, in indice v. *Codatius*; MI, *Epist.*, II, 606-608, et saepe in eodem vol.; MI, *Fontes narr.*, I, 201[13]; Tacchi Venturi, *Storia*, I, 597 sqq.

[21] Cf. Reg. P. Sim. Rodr.: *O Varredeiro*. Mon. 18.

il suo letto la matina a buona ora, cioè avanti che si leva il sole; et parimente scopare la camera ogni matina, ecetto li professi [22] et alcuni altri, quali saranno occupati nelli negotii dela casa; de li quali letti et camere, el ministro provederà di chi li habbi di ordinare come di sopra se contiene.

55. Nissuno scriva lettere senza mostrarle al secretario de casa.

56. Nissuno recivirà lettere ne polise per se, ma intendendo che siano per lui, dirà: datele a quello che tiene cura di recevere, cioè al secretario, o portanaro, o vero ad alcuno altro di casa [23].

57. Recevendo alcuno di casa lettere o vero polise per altrui, subito che si po, darà al secretario di casa, o vero al padre M. Ignatio, senza dire niente a quello per il quale sonno le lettere o vero polise.

58. Niuno di casa chiamarà novitio alcuno per parlare con forastieri senza expressa licentia del Padre M. Ignatio; et vedendo alcuno che parlano con forastieri, lo avisarà al medesimo padre.

59. Niuno laico possa intrare in camera de altrui <nè stando la porta serata nè aperta, abenchè stia quello de la camera in sua camera, et anchora che non stia se observarà il medesimo, cioè che niuno habbia ardimento de intrare in camara de altrui> [24].

60. Ogni uno havendo incarrico de fare qualche cosa, et occurrendo qualsivoglia impedimento, avisano alli ministri in tempo, acciochè provedano de altrui.

4. Procuri sempre de parlare alcune buone parole con quelli che intrano a la cocina applicando al suo officio.

5. Il sale che se potria ponere nelle pignate in una volta, se porrà in tre; cioè prima la mità, et dopo una quarta parte, et anchora l'altra 4ª parte, si fosse de bisognio; facendo sempre diligentia di provare acciochè la menestra o vero il brodo sia saporito.

3 obediscano *O* || 6 cucina *O* || 10 de parlare] parlar' *O* || 11 alla cucina *O* || 12-16 desiderantur in *O*.

[1] Cf. sup. MON. 14.

Mon. 51

REGULAE VISITATORIS NOCTURNI

Apogr. in cod. *Instit. 38a*, f. 40*r-v* (pp. 61-62), una manu scriptae et numeris distinctae. Aliud exemplum posterius est in eodem cod., ff. 107*v*-108 transcriptum ex Regulis Romanis Neapolim anno 1552 missis. Quod exemplum dicimus *O*. Fere nihil differt a primo nisi in ortographia. Hae Regulae in editionibus latinis 1567, 1580, 1590 etc. (ubi iam multum mutatae sunt) dicuntur « Regulae noctu cubicula visitantis »; in editione itala romana 1616 « Regole del visitatore delle camere la notte »; in edit. latina romana 1932 « Reg. visitatoris nocturni ». In Regulis P. Simonis Rodriguez non est hoc officium. Pauca aliquantulum similia invenientur in officio quod inscribitur: « *O que acende as alampadas* ». Cf. sup. Mon. 19. Cf. S. Benedictum, *Reg.* c. 22 (Quomodo dormiant monachi); F. Humbert., *Instruct.* c. 16 (De officio custodis dormitorii).

Summarium: 1. *Lumina extinguet generatim septem horas antequam sit tempus surgendi;* — 2-6, *exceptiones cum superiore et medico tractandae;* — 7, *ante cubitum per dimidium horae oratio vel conscientiae examen fiat.*

†

IHS.

LO OFFICIO DI QUELLO CHE FA ANDARE A DORMIRE

1. Generalmente amorzarà li lumi de tutti 7 hore inanzi dell'hora che se hanno a svegliare.

2. Tamen a quelli a chi manco basta dormir' et vogliono vigilare più, si sonno diligenti in levarsi alla matina, amorzerà le lucerne 6 hore inanzi che si sveglia.

3. Item, se alcuni hanno bisognio de vigilare più, ponno dimandare licentia.

4. Se alcuni si trovono meglio con il vigilar; et male con il levarsi alla matina, domandano licentia; di modo che cerchiamo la diligentia, et la negligentia cacciamo da noi.

5. Dove saranno dubii alcuni cerca la sanità corporale per il vegliare o per il dormire, si piglia conseglio dil medico per maggior edificatione de tutti gli altri.

---

2 amorzerà *O* || 4 a quelli] *O om.* a || 5 se sono *O* || 8 adimandar *O* || 9 trovano *O* | con il] col *O* || 10 domandando *O* | che cerchiamo] si cerchi *O* || 11 da noi] et si casci la negligentia *O* || 12 cerca] che cerca [*sic*] *O* || 13 piglia] pigli *O*.

6. Sonarà la campana per andare a dormire come gli ordinarà [*sic*] li ministri, et andando a sonar' smorzarà li lumi delli corritori.

7. Tutti sentendo la campana si prepararanno per andare a dormire, facendo oratione per meza hora, o l'esamine della conscientia, come sonandose alle 4 hore et meza, per meza hora si recoglieranno, di modo che alle cinque siano al letto [1].

MON. 52

REGULAE EXCITATORIS

Apogr. in *Institt. 38a*, f. 42*r-v* (pp. 65-66). Exstat aliud apogr. in eodem cod., f. 108*r* (apogr. *O*), in quo desiderantur regulae 7 et 8. Regulas 2 et 3 contraxit in unam sub n. 2 et omisit n. 3; minus felicîter. In editionibus latinis hae regulae dicuntur: « Regulae excitatoris ». In edit. itala romana 1616: « Regole di quello che sveglia ». Inter Regulas P. Simonis Rodriguez est officium valde simile « Despertador » (Excitator) [1]. Cfr. S. BENEDICT., *Reg.* cap. 22 (Quomodo dormiant monachi); et *Reg. Sti. Fructuosi*, c. 3 (apud MAZÓN, *Las Reglas de los religiosos*, p. 71).

Summarium: 1. *Curam horologii habeat;* — 2, *somni convenientis tempus sibi sumat;* — 3-6, *mane diluculo omnes excitet et vigilet an e lecto surgant;* — 7-8, *specialem curam habeat illius qui lumina extinguit et aliorum qui diversa hora surgunt.*

†

IHS.

IL RESVIGLIADORE

1. Il Resvigliator' tenga cura del arelogio o farlo aparechiare per tal hora levarsi.

2. Vada a dormir' 7 o 8 hore inanzi che habbia di risvegliare a li altri, o in tempo compito per suo dormire.

15-16 ordinaranno *O* ; ordinarà *Inst. 38a.* || 17 correttori *O* || 19 il exame *O* || 20 sonandosi *O*.

1 Il Resvigliator'] *om.* O | arelogio] horologio *O* || 4 habbia] debbia *O; in quo reliqua huius regulae 2 et 3 ita contracta sunt:* risvegliare alli altri all'alba o innanzi che cominci a far giorno, pulsando tutte le porte senza asciare niuna.

[1] Intellige hoc secundum modum romanum horas supputandi, incipiendo post dimidiam horam ab occasu solis. Hora quinta noctis, tempore hiberno, potest horae decimae nostrae fere respondere. Cf. GROTEFEND, *Zeitrechnung*, I, 187.

[1] Cf. sup. MON. 17.

3. Risveglia secondo li tempi alli altri al'alba, o inanzi che incomincia a far' giorno, pulsando tutte le porte senza lassare niuna.

4. Dipoi imediante [*sic*] torni a visitar' si sonno levati quelli de li quali tiene cura.

5. Si non fossino levati, et levando la coperta non si levaranno, acusali davanti a quello che tiene il regimento.

6. Si dicesse al risvegliare o al levar' della coperta che stà mal disposto, lasselo et dica al che tene il regimento o al ministro, per che sia curato o più risguardato.

7. Tenga descretione con quello che smorza le candele, farlo levare giuntamente con li altri, o un poco più tardo.

8. Quello che risveglia alla hora, et a quelli che domandaranno tenga cura [2].

Mon. 53

DE SILENTIO OBSERVANDO

Praefatio

Originale aut apogr. coaevum in cod. ***Instit. 38a,*** f. 44*r* (p. 69); ***Estratto***, f. 143. In margine superiori scriptum est manu P. Nicolai Lancicii: « Haec tota pagina et duae sequentes meo iudicio videntur esse scriptae manu S. P. N. Ignatii. Novi enim optime eius manum et vidi plurima eius manu scripta. N. L. » P. Nathanael Southwell (1598-1676) archivista et secretarius S. I., haec cancellavit, et in margine dextro et inferiori scripsit: « Fallitur N. L. Non sunt scripta manu S. P. N. Hac eadem manu scriptae videntur formulae Professionis quam emiserunt tam S. Ignatius quam Socii in Ecclesia S. Pauli extra muros, et habentur in Armario A, capsula 6 ». Revera si haec scriptura cum S. Ignatii comparatur, mirum est quomodo tam graviter erraverit Lancicius. Scriptor formularum professionis ad S. Pauli fuit P. Paschasius Broet [1]. Manus est revera valde huic similis, ut Southwell annotavit. Non tamen necessario eadem; eo vel minus quod P. Broet absens ab Urbe per totum annum 1549 fuit. Id ostendunt multae epistolae anno 1549, mensibus omnibus, saepe complures uno mense. Roma Bononiam ad illum datae [2]. Nisi tamen (quod non videtur probabile) hoc nostrum apographum post annum 1549 factum sit.

---

9 Dopoi *O* | se sono *O* || 11 fossino] sono *O* | leveranno, accuseli divanti a quello che ha *O* || 16-19 *Paragr. 7, 8 desiderantur in O.*

---

[2] Haec regula aliquanto obscurius redacta est. Sensus videtur esse: Excitator curam habeat excitandi non solum eos qui hora consueta surgere debent, sed etiam eos qui cum speciali licentia alia hora surgunt.

[1] MI, ***Constit.***, I, 67, annot. 1.

[2] MI, ***Epp.***, II, 431, 432, 439, 443 etc. Videsis Indicem voluminis.

Summarium: 1-3. *Tam sacerdotes quam laici qui nondum per integrum annum fuerint in domo, et laici etiamsi per integrum iam annum fuerint, loqui non poterunt nisi cum personis a superiore designatis. Officiales vero in rebus sui officii et omnes in rebus necessariis parce loqui poterunt.*

REGOLA DEL SILENTIO

osservando in casa, ordinata per il Padre nostro R°. M. Ignatio de Loyola et publicata a tutti anno 1549 tra pascha et pentecoste.
[21 apr.-9 iunii]

1. Perchè nessuno può saper ben parlare non imparando prima ben tacere et per gli grandi commodi del santo silentio [1]: si ordina che nessuno de tutti gli sacerdoti et laici di casa che non sarà stato uno anno intiero in essa, parli con l'altro senza licentia del Superiore.

2. Il medesimo ordine ancora si estende agli altri laici quali sono stati più de uno anno, cioè che non possono parlare.

3. Questa licentia, per la quale potranno alcuni parlare l'uno col l'altro, ben che già non siano stati in casa uno anno, si potrà dare differentemente, di modo che ad alcuno sarà data licentia di parlar con uno solo o con duoi o tre, o vero con tutti, secondo che al superiore parerà più espediente.

4. Gli ufficiali di casa potranno parlare a li alteri quando sarà di bisogno, quanto alle cose del uflicio loro; como ancora

3 Layola *ms.* || 9 essa] *emend. ex* casa || 16 ad *supr. lin.*

[1] Silentii observatio valde commendatur a SS. Patribus et asceticae doctoribus. Cf. Alonso Rodriguez, *Ejercicio de perfección y virtudes cristianas*, part. II, trat. II, cap. 4: « Del silencio y de los bienes y provechos grandes que hay en él ». Ex SS. Patribus a P. Rodriguez citatis, consideratione speciali digni sunt S. Basilius, in Reg. fusius tractatis, Interrog. XIII, et S. Hieronymus in Comment. in Ecclesiastem, cap. III, cuius sunt haec verba, supra illud: « Tempus tacendi et tempus loquendi ». « Pythagoricos reor; quorum disciplina est tacere per quinquennium, et postea eruditos loqui; hinc originem sui traxisse decretum. Discamus itaque et nos prius non loqui, ut postea ad loquendum ora referamus. Sileamus certo tempore, et ad praeceptoris eloquia pendeamus. Nihil nobis videatur rectum esse, nisi quod discimus: ut post multum silentium, de discipulis efficiamur magistri ». - Quod novicii loqui non possint sub gravi poena nisi cum sociis sibi assignatis, retinetur adhuc in regulis noviciorum anni 1553; et sine poenae indicatione in Constitutionibus, p. III, cap. I, n. 3 et D.

tutti quanti per la sua necessità occorrente poteranno dire poche parolle; dimandando la collatione al credenzaro o simile cosa.

Mon. 54

CONCLUSIONES ALIQUORUM PATRUM CIRCA PUNCTA A S. IGNATIO PROPOSITA: 1549

In eodem codice ff. 44*v*-45*r* (pp. 70-71) et eadem manu qua praecedens Monumentum scriptum. *Estratto*, p. 143-144. Quatuor tantum Patres expresse nominantur. Quot alii huic deliberationi interfuerint, ignoramus.

Summarium: *Conclusiones sacerdotum domus de rebus a S. Ignatio propositis circa silentium durante prandio, ciborum differentiam, singularitates in mensa, exitum e refectorio, et ad mensam cum aliis adventum.*

CONCLUSIONI DELLI SACERDOTI DI CASA

sopra di cincque ponti a loro proposti a determinare per il commandamento del Padre M. Ignatio nella Vigilia di S. Lorenzo 1549, et dopoi de sua Reverentia viste et approvate o confermate.

PRIMA, DAL SILENTIO OSSERVANDO O NON MENTRE CHE SI MANGIA NEL RIFETTORIO

Rispose la magiore parte che il silentio si debbia osservare dal principio del mangiare insino a la fine [1]; benchè per alcuna necessità si potrebbono dire pocche parolle al compagno in tavola parlando basso. M. Petro Codatio [2] determinò che si parlasse modestamente dopo la prima tavola: così fecero

4 o] *Non clare apparet utrum scriptum sit* o *an* et.

[1] In Constitutionibus, p. III, c. 1, n. 5 statuitur ut durante refectione legatur aliquis liber, potius pius quam difficilis, vel contio aut sermo aliquis habeatur. Anno 1555 in domo romana, ubi non pauci ad secundam mensam veniebant, statuit pater Ignatius ut legeretur eadem lectio quae in prima lecta erat. Cf. MI, *Fontes narr.*, I, 648, n. 201.

[2] De P. Petro Codatio vide sup. Mon. 44, annot. 20.

M. Pontio [2] et M. Nicolò Gaudano [4]. A costoro tre permisse il già detto Padre M. Ignatio parlare modestamente dalla seconda tavola inclusive, indrieto a la fine del mangiare [5].

DALLA DIFFERENZA DELLI CIBI

Quanto a la differentia da cibi che sarebbero notabile et con danno o scandalo dalli fratelli, fu determinato communemente che si fugisse, et che tutti si usassino d'un medesimo cibo in quantità et in qualità regolarmente, salvo che per necessità o infirmità corporale manifesta doverebbono gli bisognosi godere de libertà in questa parte, como sono M. Pietro Codatio et il padre M. Miona [6].

DELLA SINGULARITÀ IN TAVOLA

E' parso quasi a tutti che singularità quanto al modo del servigio in tavola sia da fugire, come rifrescare o far rifrescar il becchiero, ogni volta che si bevve, essendo in publico aposto certa conculina o altro vaso pieno di acqua; et così similmente de altre ceremonie fu detto, che se farebbono nel refettorio con scandalo delli infermi nella via di perfettione. Onde fu risoluto che in modo scandalozo non se facesseno in publi-

17 differentia] *in ms. est in compendio* dria || 18 determinato] *seq. oblit.* che || 21 manifesta *add. in marg eadem manu* || 31 che in] *seq.* tal *del.* || 31-32 publico o] o *script. supra lin., deleto* ma.

[2] P. Pontius Cogordanus, gallus ex Provincia (Provence), ingressus Societatem Iesu Parisiis ca. 1541; Romam venit anno 1545 et post mortem P. Codatii procurator domus Romanae nominatus est. Anno 1558 remittitur in Galliam. Obiit Parisiis 21 Martii 1582. Cf. MI, *Fontes narr.*, I, 278; MI, *Epp.*, I, 331; *Lainii Monum.* IV, 79.

[4] P. Nicolaus Gaudanus (Floris), natus in Gouda anno 1517, ingressus Societatem Iesu anno 1545, obiit Lovanii a. 1565. Cf. PONCELET, *Histoire de la Compagnie de Jésus dans les Anciens Pays Bas*, I, 133, annot. 3. Anno 1549 et partem 1550 Romae versatus est. Cf. MI, *Epp.*, II, 303, 555, 704.

[5] Hoc loco *prima tavola* et *seconda tavola* non videntur intelligi posse sensu ordinario, sed sensu Romanorum, ita ut *seconda tavola* (secunda mensa) sit ultimum ferculum (*gallice* dessert; *germanice* Nachtisch; *hispanice* postre; *italice* pospasto etc.).

[6] P. Emmanuel Miona lusitanus ex Algarve, Societatem ingressus est Romae anno 1545. Sollemnem professionem fecit hoc anno 1549. Obiit Romae 5 martii 1567. Cf. MI, *Fontes narr.*, I, 585.

co o saltem destramente, o più presto in secreto nella sua camera.

DE ESPETTAR O NON ESPETTAR L'UN L'ALTRO IN TAVOLA

La commune openione fu che nessuno debbia espettar il compagno suo, havendo già mangiato avanti da lui, ne fosse un pocco, per necessità o civilità, como per dire adesso le gratie ensieme, o per non dare fastidio a colui che presto finirà il mangiare, de levarsi, etc.

DAL TEMPO DA VENIRE MANGIARE

A la prima tavola tutti sono constretti da venire per la regola nel offitio del credenzaro che dice: al secondo tocco vengano tutti inmediate et, si potranno, lassando la lettera comminciata etc[7]: quanto a la seconda tavola fu detto che habbino tutti da venire che non sono stati a la prima, quando similmente si tocca, finita la prima: et generalmente essendo alcuno in casa, bisogna che lui se ne vada a mangiare colli altri, o domandi licentia o avisi il credenzaro per differire o indugiare il suo pasto.

Mon. 55

REGULAE PRIMAE PROBATIONIS

Inveniuntur in cod. *Instit. 38a*, ff. 45*v*-46*r* (pp. 72-73), alia manu a praecedenti. Aliud exemplum transcriptum ex regulis romanis Neapolim ad P. Oviedo anno 1552 missis invenitur in eodem cod., f. 107*r-v*. Eius lectiones variantes damus sub signo *O*. His valde similia habentur in exemplo Constit. *a*, quae per id tempus scribebantur[1]. Quid fieri debeat in prima probatione habes in *Exam.*, cap. I, n. 13, et in *Constit.* part. I, cap. IV, nn. 1-3. Vide etiam sup. Mon. 37 (*Regla de Casa*). Conferri potest S. Pachom., *Reg.* n. 49. (Si quis accesserit ad ostium monasterii volens saeculo renuntiare ...); S. Bened., *Reg.* c. 58 (De disciplina suscipiendorum fratrum); *Consuetudines FF. Vitae communis* Apud Hyma, pp. 461-462).

Summarium: 1. *Candidatus firmam voluntatem perseverandi in Societate habere debet;* — 2, *firma hac voluntate praeditus, extra commu-*

44 fu detto che *add. in marg. eadem manu* || 48 altri *in marg. eadem manu.*

[7] Vide sup. Mon. 48, n. 7.

[1] Cf. MI., *Const.* II, 139, n° 9.

nem habitationem hospes per diem et noctem accipi potest; — 3. *sequentibus diebus in hac prima probatione nec a cognatis visitari, nec domo egredi debet;* — 4. *haec probatio saltem duodecim vel quindecim dies durabit;* — 5, *eo tempore pecuniam apud se habere prohibetur: poterit eam apud alios servare.*

REGOLE PER QUELLI CHI STANNO NELLA PRIMA PROBATIONE

Tutti letterati, coadiutori spirituali, coadiutori temporali, over' scolari che desiiderano intrar in questa Compagnia de Jesu nostro creatore et signore observino in tutto la regola che seguita:

P°. Nissuno di quelli, che pretenderanno o desidereranno essere nella Compagnia chiusi, se pigli a governo o carico alcuno della Compagnia senza essere prima in tutto determinato et con cresciuti desiderii d'essere in quella et de vivere et morire con quella a maggior gloria divina.

2. Essendo in questa piena determinatione de voler et desiderare intrar nella Compagnia, se potrà ricever' fora del commune habitar' et vivere di quella, nella casa o stanze separate per la prima probatione, per un giorno et notte come hospite.

3. In questo tempo, passato il dì et notte detti, sia advertito, come il tempo ch' in questa probatione starà: 1° non ha di parlar' a persona nissuna di suoi cognoscenti, o cognoscente. 2° Nè a parenti alcuni o parente [1]. 3° Nè ha d'andar a stationi nè a nissuna altra parte, fora della stanzia o stanze dove li sarà designato, potendo sentir, over dire la sua messa in tempi debiti secondo che li serà ordinato.

4. Come questa prima probatione sia principio della seconda [2], qual'è dipoi ch'intrarà o se congiungerà nella casa

1 chi] che *O* || 3 scholari *O* | desiiderano] *posset legi* desyderano; desiderano *O* || 4 nostro creatore et Signore *om. O* || 4-5 obseruano le regole che sequitano *O* || 6 desidereranno] *litt. re add. supra vers. alia manu* | desideraranno *O* || 7 chiusi *om. O* || 12 ricever'] ritener' *O* || 17 ch'] *prius* che || 18 o cognoscente *om. O* | 19 o parente *om. O* || 20 stanzia *emend. ex* stantia | o stanze *om. O.*

[1] Verba *o cognoscente, o parente*, quae omissa sunt in exemplo neapolitano, probabiliter volebant indicare plurale femininum illorum verborum, ut in hispano «conocidos o conocidas», «parientes o parientas». Cf. D'Ovidio, *Grammatica storica della lingua e dei dialetti italiani* (2ª ediz. 1906) p. 160, 164.

[2] Secunda probatio solet dici noviciatus.

per più conversare et vivere in commune con gli altri della Compagnia, con li quali desidera de terminare la sua vita a magior gloria divina; nella prima probatione con le conditioni iam dette starà per spatio di 20 giorni, potendo slargare quanto più parará alla Compagnia o superior di essa; tamen non poten[do] accortare a meno de 12 giorni, over 15, risguardando il magior ben universal et magior profeto spirituale dell'anime.

5. Medesimamente in tutto questo tempo non deve tenire dinari alcuni appresso di se, ma potrà disponerli o farli guardare dove li parerà bene a magior gloria divina [3].

Mon. 56

DE HORTULANO ET CAMERA

In eodem cod. *Instit.* 38*a*, f. 47*r* (p. 75). *Estratto*, p. 144. Proprias regulas eius qui curam horti gerit, seu officium hortulani, ut est in Instructionibus Rmi. P. Fr. Humberti, O. P., cap. XXXV, non invenimus in nostris regulis antiquis. Haec quae sequuntur, valde impropric ita vocarentur. Camera hic intelligi videtur cubiculum vicinum illi parti domus, quam S. P. Ignatius occupabat; in quo cubiculo unus aut duo fratres coadiutores solebant esse parati semper ad mandata eius exsequenda. Inter quos noti sunt Martinus de Zornoza et Ioannes Cors [1].

Summarium: *In horto et ambulacris ne sint tres laici simul. Quando extraneus in horto sedeat, nullus contra eum sedeat. Quisnam in horto et ambulacris ordinem curare debeat. Cubicularius sit in loco ubi a superiore videri possit.*

†

DEL HORTULANO ET DE LA CAMERA

Nel horto et nelli corritori non siano insieme tre layci, ancora che siano doi laici con uno sacerdote.

---

26 de terminare] *ambo exempla scribunt* determinare || 29 parerà al Superiore o' Compagnia *O* || 30 a meno] meno *O* || 31 profitto *O*.

---

[3] Compendium latinum harum regularum paulo posterius invenitur in cod. *Instit.* 220, f. 25*v* (30*v*), et in cod. *Ci*, ff. 91*r*-92*r*. In fine addunt: « Cum a prima probatione egredietur, catalogum accipiat, eorum quibuscum loqui potest, et habita facultate a ministro, post abscisam barbam, si eam habuerit, ad refectorium commune cum aliis fratribus ingredietur ».

[1] Cf. MI, *Fontes narr.*, I, 558[6], 629, 712-713, 723.

Quando ce sarà alcun forestiero sedendo in alcun banco, nissuno si trova sedendo in altro al infronte.

De fare tacere et accusar nel horto et nelli corritori, tocca al hortolano et a quello de la camera et penitentiario.

Alcuno de la camera sia presente, maxime quando ci sarà alcuno forestiero, trovandosi in loco che del superiore sia visto.

Et questo è per commandamento del R. P. M. Ignatio.

MON. 57

DE DEFECTUUM ALIORUM MANIFESTATIONE

Praefatio

Ad corrigendos fratrum defectus, praeter spontaneam confessionem, diversi modi adhibiti sunt (et adhuc adhibentur) approbati ab Ecclesia, in diversis religiosis Ordinibus. In aliquibus in usu est correctio fraterna qualis indicatur in Evang. S. Matthaei 18, 15-17. In aliis publicantur defectus in capitulo culparum, non praemissa fraterna monitione; in aliis denique, non praemissa etiam fraterna monitione, defectus secreto Superiori velut Patri indicantur, ut ipse de remedio provídere possit. Hanc methodum adhibere voluit S. Ignatius in Societate Iesu; post eum alii Religionum conditores idem fecerunt [1]. Legi etiam possunt quae de hac re scripsit P. Aicardo in Commentario Constitutionum Societatis Iesu [2]. Complures regulas de defectuum manifestatione diversis temporibus P. Ignatius scripsit. Hic damus eas quae videntur editae anno 1549, quarum textus italus invenitur sine ullo titulo in cod. *Instit. 38a*, ff. 48*r-v* (pp. 77-78). Exstat apographum hispanum in Bibl. Nat. Vittorio Emanuele, Romae, Ms. gesuit. 1372, f. 235*r* [3]. Cum probabiliter textus hispanus sit originalis, eum contra textum italum damus. P. Nicolaus Lancicius invenit (ca. an. 1600) has regulas hispanice scriptas in « antiquo libro manuscripto, quem habebat R. P. Ludovicus Massellus, Assistens Societatis pro Italia », in fol. 215, easque sua manu transcripsit. Hoc apographum invenitur nunc in archivo S. I. Romano inter scripta autographa P. Lancicii [4]. Incipit: *Del sindicar / el Ministro*. Prima, todos los de casa ... Desinit: *sin nombrar las personas que lo sindican* ». Deest igitur ultima pars, seu ad scriptorem accommodatio.

8 sarà| *mutatum in* serà || 9 in| *seq.* alcuno *oblit.*

[1] Cf. PHILIBERT SCHMITZ, *Chapitre des coulpes*, apud *Dictionnaire de Spiritualité*, II (1938), col. 483-488.

[2] *Comentario a las Constituciones de la Compañia de Jesús*, II (Madrid, 1920) 275-298.

[3] Accuratam et integram huius Ms. descriptionem videsis in MI, *Fontes narr.*, I, 83*-89*.

[4] Cod. *Epp. NN. 87*, f. 33*r-v*.

Alias regulas paulo diversas de eadem materia edidit P. Ignatius circa annum 1553, quas suo loco dabimus.

Exstat adhuc autographum S. Ignatii de aliorum defectuum observatione et correctione hispanice scriptum in cod. *Histor. Soc. 1a* (Rom. I). nº VII, cuius invenitur apographum antiquum in archivo Loyolaeo in Hispania. Tempus probabile huius autographi neque coniectando invenimus. Illud damus sub numero Mon. 57 B.

Nec hae regulae de defectuum correctione, neque illae de eorum manifestatione immutatae in posteriores regularum editiones transierunt. Manifestatio vero defectus aliorum facta Superiori ut patri, semper commendatissima fuit in Societate, et mansit in Examine, cap. IV. nº 8, et in Summario Constitutionum, nn. 9-10.

Quid debeat Minister agere circa defectuum manifestationem

†

IHS.

DEL SINDICAR [1] | EL MINISTRO

1. Todos los de casa començando del Superior, y los otros officiales hasta todos los otros hermanos sean sindicados cada mes de cada un de los de la mesma casa.

2. Por este effecto el postrero del mes el Ministro sea obligado de avisar a todos para que el primero o 2º dia del otro mes cada uno haya de sindicar todos los otros, de los quales tendrá una lista, haziendo oración y escriviendo lo que siente en su conscientia, dándolo sellado al Superior de la casa en secreto para que pueda proveer a la salud de las ánimas, no haziendo daño a ninguno, usando de la corrección. y direción, que por si o sus ministros le parece deve usarse con los de casa.

3. Lo que cada uno sentiere del Superior, póngalo en una carta aparte, y déle sellado al Ministro o al Secretario (o a otro más entendido, si fuere en casa), y no queriendo dar en escrito, ni que se sepa quien dize tal cosa, díganlo a bocca a los dichos para que puedan advertir al Superior de todo aquello, sin nombrar las personas que le sindican.

---

[1] Quid sit hoc loco *sindicar, sindicare,* tam in textu hispano, quam in italo, ex contexta oratione videtur satis clarum. Est considerare et notare aliorum defectus, eosque Superiori manifestare.

In lexicis hispanis et italis, satis, etsi non tam clare, apparet quid

Summarium: 1. *Defectus omnium qui in domo sunt superiori indicandi, etiam ipsius superioris.* — 2. *Ad hunc finem minister ad mensis finem monere omnes debet, ut, praemissa oratione, defectus aliorum scribant et secreto superiori tradant.* — 3. *Quomodo superioris defectus eidem indicandi.*

MON. 57

Quid debeat minister agere circa defectuum manifestationem

DE DEFECTUUM MANIFESTATIONE

†

Primo. Tutti li di casa comminciando dal Superiore et li altri officiali insino a tutti l'altri fratelli siano syndicati [1] ogni mese, da ciascuno deli della casa medesima.

Secondo. Per questo effetto l'ultimo dì del mese il ministro sia tenuto d'avisar tutti: acciò il primo o secondo giorno del altro mese ciascuno habbia da syndicar' tutti l'altri (delli quali haverà una lista) facendo oratione et scrivendo quello che sente in sua conscientia et dandolo sigillato al superior' della casa in secreto: acciò possa proveder' alla salute dell'anime (non facendo danno a niuno) usando de la correptione et directione che per se, o per suoi ministri, gli pare debbe usar' con li de casa.

Terzo. Quel che ciascuno sente del superior', pongalo in uno foglio de carte, et dialo sigillato al ministro o al secretario o ad altre più intelligente se ci è in casa; et non volendo dar' in scritto nè che si sappia chi dice tal cosa, dicanlo a bocca alli detti: acciò possano advertir' al superior di tutto quello senza nominar' le persone che lo syndicano.

---

sit sindicar. Lexicon Academiae hispanae (1843) ait: « Sindicar: Acusar o delatar a alguno de un delito. *Accusare.* Poner alguna nota, tacha o sospecha. *Carpere, criminari* ». Fanfani, *Vocabolario...* scribit: « *Sindacare* (sindicare). *figurat.* Indagare sottilmente gli altrui fatti, e censurarli ».

PRAECEDENTIUM REGULARUM ACCOMMODATIO

DE AVISAR AL SUPERIOR [2]

Cada principio de mes, haziendo primero oratión, y leyendo la lista de los que están en casa, scriviré aquello que no me edifica en ellos, y dexando lo demás, o sellando mi parecer, lo daré al P. M. Ignatio para que él provea sin hazer daño, y si me pareciere mal alguna cosa en el Superior, scriviéndola y sellándola, la daré al ministro, o Secretario, y lo diré a bocca, en modo que no sepa el Superior quién es aquel que ha dicho la tal cosa, y que entienda la cosa.

MON. 57 B

DE ALIORUM DEFECTUUM OBSERVATIONE ET CORRECTIONE

Summarium: 1-4. *Quisnam aliorum defectus notare debeat. Quomodo professi et coadiutores formati fraternam correctionem erga superiores et ministros exercere debeant.*

Autographum S. Ignatii (incerto anno).

QUANTO AL SINDICAR

1. Hasta un año a ninguno.
2. Los de un año a los que no llegan allí, y no a los que passan.
3. Los de dos años a todos los que allí no llegan.

---

2 *Post* ninguno *add.* *Polancus* sindique.

†

[PRAECEDENTIUM REGULARUM ACCOMMODATIO] [2]

Ogni principio di mese, fatta prima oratione, et legendo la lista di quelli che sono in casa, scriverò quello che non mi edifica in loro, lassando il resto, et sigillando il mio parere lo darò al P. M. Ignatio, acciò lui provede senza far' danno.

Se mi parerà mal alcuna cosa nel superior', scrivendola et sigillandola, la darò al ministro, o secretario, o lo dirò a boccha, in modo che non sapia il superior' chi è quello che ha detto tal cosa, et pur intenda la cosa.

MON. 57 B

4. Professos y Coadjutores formados a todos los que allí no llegan cada mes, y a todos que allí llegan de tres en tres messes.

Cerca todos superiores, ministros, rectores, etc., quandoquiera que algún professo, o coadjutor formado sintiere alguna cosa que sea peccado claro, sin poder dudar dello, se lo diga con toda modestia, praevia oratione. Si dudare si es peccado o no es peccado, o hubiere faltado en su govierno, o de otras qualesquiera, que tocan a su officio, haga oración, rogando a Dios N. S. que le dé lumbre y conocimiento de las cosas, y si le pareciere en ella, que debe corregir, lo haga.

---

[2] Haec secunda pars, potius quam nova ordinatio, videtur applicatio praecedentis, quam amanuensis sibi appropriavit.

Mon. 58

CASUS RESERVATI ET MONITA CONFESSARIIS

Praefatio

Exstat apogr. in cod. *Instit*, *38a*, f. 70*r-v*, *Estratto*, p. 245. Aliud apographum (*B*) manu patris Didaci Ximénez exstat in cod. *Instit*. 17 (Rom. III), ff. 45*r*-47*r* in quo ratio scribendi verba magis ad communem usum italicum accedit. Ceterum nihil ab hoc differt. Notabimus tamen aliquas lectiones variantes. P. Ximénez suo apographo hanc notulam praeposuit: « De mano del P. Juan Francisco que a lo menos ha 23 años que se escrivió ». Incertum est quo anno P. Ximénez haec transcripserit. Probabile nobis videtur illum P. Ioannem Franciscum esse Io. Franciscum Araldo (sive Heraldo) qui Societatem ingressus est anno 1550 vel 1551 et his annis Romae vixit, unde postea Neapolim missus est. Tunc dici posset apographum patris Ximénez circa a. 1573-1574 factum. Scriptura nostri apographi cum scriptura patris Ioannis Francisci Araldo, quae est in cod. *Neap. 193*, ff. 5*r*-8*r*, collata, non videtur eiusdem manus. Invenitur etiam apographum in non semel citato *Estratto* Bibl. Nat. Vittorio Emanuele Romae, p. 245, quod totum a nostro pendet.

P. Polanco, exeunte a. 1552 aut ineunte 1553 scribebat: ... « 11. Parece que no está determinado qué casos de confessión son reservados al prepósito particular, quáles al Provincial, quáles al General, y que haria no poco al caso que esto se determinase »[1]. Quae verba confirmant hos casus reservatos ante an. 1553 scriptos fuisse, quia revera in illis nihil de Provinciali aut Generali dicitur.

Possunt cum fructu legi quae circa confessarios et casus reservatos tempore S. Ignatii P. Aicardo congessit[2].

Summarium: 1-8. *Reservantur Superiori peccata gravia, et alia non gravia quorum cognitio superiori ad subditum iuvandum utilis sit.* 9. *Quid confessarii a paenitentibus in specie quaerere debeant.* 10-15. *Valde commendatur, etiam sub poena, confessio cum confessario stabili, et communio hebdomadaria.*

IHS.

LI CASI CHE SEGUITANO SI RISERVANO

Perchè il superior de la casa, quanto più intenderà il interiore dell'anime di quelli stanno comessi a sua cura et gli sonno raccomandate nel S. N., tanto meglio può com' a se

2 superiore della *B* l'interior *B* 3 commessi *B* 4 raccomandati *B*.

[1] Cf. *Polanci Compl.*, I, 84.

[2] *Comentario a las Constituciones*, II, cap. VI, pp. 455-476.

istesso aggiutarli et servar' l'anime loro a più gloria divina: maxime com'habbia la distributione di ciascheduno di loro per mandarli di una banda in altra, in questo o in qualsivoglia ufficio, conforme alla professione di questa minima Compagnia; il che non si potria ben fare, se d'una maniera o altra non si havessi conviniente notitia di quelli che fermandosi o andando altrove, s'hanno d'aparecchiar' o vero già aparechiati hanno da lavorare in agro dominico in diverse bande et con diverse persone, buone et cattive, trattando et conversando[1]:

1. Qualsivoglia peccato mortale actuale.

2. Quanto alla copula carnale, o quanto al ferire ad altri con mano, o vero con arma, o quanto al fare qualche latrocinio o qualch'altra cosa così grave, s'ha dato pieno consenso, et durando hora o tempo notabile per essecutar' el tal consenso, o vero cercando mezzi per quello.

3. Se ha pigliato alcuna cosa de qualch'uno o che a la casa appartienga de valuta di una penna[2] o di più.

4. Si alcuno sarà agitato o haverà pensieri alcuni di non esser' et star' in la Compagnia, o contra quella, o vero contra il superior' di quella, che sia di qualche importantia.

5. Si havessi qualche impedimento per esser' della Compagnia secondo che nel generale essamine che si fa a tutti ch'in quella intrano è dechiarato.

6. Si qualch'uno havessi detto buzzia nel tal essame generale al tempo ch'era interrogato per essere della Compagnia.

7. Si alcuno si confessassi fora di casa, potendosi confessar' in quella.

8. In tutti questi casi, s'acaderano, li penitenti facciano ricorso al suo superiore o vero il confessore proprio con licentia loro, per maggiore profitto spirituale di tutti[3].

---

5 aiutarli *B* || 6 habia *B* || 7 nell'altra *B* || 8 offitio *B* || 10 conveniente *B* || 11 apparecchiare *B* || 16 al far *B* || 18 il tale *B* || 20-21 S'ha ... di ... appertenga *B* || 21 di valuta *B* |. 22 Se ... aggitato *B* || 23 in la] nella *B* || 24 importanza *B* || 25 Se *B* || 28 Se ... bugia ... tale essamine *B* || 30 Se ... fuori *B* || 33 o vero al [*sic per errorem*] proprio confessore *B*.

[1] Usus scientiae e confessione ad exteriorem gubernationem, qui tempore Sti. Ignatii de Loyola communiter a theologis admittebatur, prohibitus est in Societate a P. Aquaviva, praeposito generali, anno 1590; et in tota Ecclesia a Clemente VIII, Summo P., anno 1594. Cf. MI, *Fontes narr.*, I, 736, annot. 3.

[2] Ut valor aliquantulum certus determinetur, supponendum videtur agi de penna ad scribendum apta, ut saepe intelligitur penna in sermone italo. Cf. sis FANFANI, *Vocabolario*, v°. Penna.

[3] In Constitutionibus S. I., part. III, cap. I, n. 11, non enumeran-

9. Il confessore n'ha d'interrogare a colui che sarà essaminato generalmente per esser' della Compagnia, s'ha detto una cosa per altra nel tal esame.

10. Ogni uno col suo proprio confessor' si confessi di 8 in 8 giorni.

11. Si con un'altro s'havessi riconciliato o confessato per alchuna opportunità, necessità, o vero de qualche altro modo, al capo degli 8 giorni si torni a confessar' col suo proprio confessore quanto li occorre et quanto n'ha confessato con altro, acciò ne sia più informato di sua conscientia per più l'aggiutar' nel spirito a magior gloria divina [4].

12. Il confessor' debbe instruir' agli confitenti che inanti di narrar' i suoi peccati dicano: doppo l'ultima volta che mi confessai con persona tale, fin a quest'hora, dico la mia colpa, ch'ho peccato in questo e quello, etc.: et s'il penitente non dicessi, il confessor' della ultima confessione glielo domandi, come he detto, perchè non poco importa ch'l' confessor' sappia cio ch'il penitente ne sà, per meglio aggiutarlo in spiritu [5].

13. Quando il confessor vederà ch'l suo penitente non si è confessato nè communicato infra l' tempo degli 8 giorni, ch'è comunmente la domenica (o prevenendo per alcune cau-

---

35 Il confessore ha *B* || 38 confessore proprio ... di otto in otto *B* || 40 Se ... reconciliato *B* || 41-42 di qualche ..., degli otto *B* || 43 gli occorre *B* || 44 ne stia *B* | più aiutarlo *B* || 46 li confitenti *B* || 48 tale persona *B* || 49 e in quello *B* || 50 *Vv.* glielo domandi *add. a Polanco ad perficiendum sensum, desunt in B* || 51 come è ... che il confessore *B* || 52 ne sa[*sic*] B | aiutarlo *B* || 53 confessore vedrà che il *B* || 54 infra il *B*.

---

tur casus reservati, sed solum norma generalis statuitur: « Illi autem reservabuntur [Superiori] quos ab eo cognosci necessarium videbitur, aut valde conveniens, quo melius et remedium adhibere possit, et suae curae commissos praeservare ab omnibus, quae nocitura sunt ». Cf. MI, *Const.*, II, 160, 350, 351; III, 82. Usus varius fuit ad nostra usque tempora. Cf. sis casus reservatos a P. Laynez apud MHSI, *Epp. Nadal*, IV. 454-455, et Congregationum generalium decreta in marg. illius normae ll. cc. indicata.

4 In consuetudinibus FF. Vitae communis, [cap. 37. De ambulantibus] apud Hyma, p. 472, dicitur: « Postquam vero domum redierint, racionem reddent negociorum peractorum rectori vel procuratori in eius absencia ... Et solent post hoc rectori confiteri omnia peccata in reisa [itinere] perpetrata, non obstante quod habita licencia in remotis ydoneo sacerdoti ea confessi sint, nisi ipse rector contentus esse velit de confessione foris facta ».

5 Vide superius Mon. 44 (Regole Communi), nn. 2-5. Confessio octiduana scholasticorum S. I. cum confessario stabili iam statuta erat anno 1541 in *Fundatione Collegiorum*. Cf. MI, *Constit.*, I, 58.

se il sabato), il medesimo giorno alla notte gli debbe interrogare la causa et essortarli che si apparechie per il lune[6] sequente; et si lunedì alla mattina non s'havessi confessato et communicato, inanzi ch'l confessor mangie dica al superior de la casa la negligentia che è intervenuta in quella cosa. 60

14. Il Mastro delli novitii habbia cura di manifestar' ciò che è detto a tutti quelli che nel suo tempo sono confessori o saranno in casa.

15. Parimente habbia cura (dando il carico al sagrestano) d'intendere ogni domenica alla notte di lui, chi sono confessati et communicati; et quelli ch'hanno mancato, medesimamente il lune anzi che mangie. Et se fusse alcuno che non si havesse confessato et communicato, ordini al credentiero che non gli dia da mangiare finchè sia confessato et communicato[7]. Similmente avisi subbito il superior della casa dil tutto. 65 70

MON. 59

REGULAE VENIENTIBUS ROMAM TEMPORE AESTIVO

Textus originalis in codice *Instit. 38a*, f. 84*v*, manu ignota, quae in eodem codice f. 15 (11) scripsit reg. 64-65 ex Communibus. Tempus quo hae regulae scriptae sunt, non potest certo definiri, deficientibus criteriis internis et externis. Sicut reliqua quae sunt in parte primitiva huius codicis, possumus admittere eas circa annum 1549 scriptas fuisse. Videntur in usu fuisse adhuc anno 1553, ut colligi potest ex his quae de se ad hunc annum P. Ludovicus Gonzalez narrat[1].

Summarium: *Qui cibi commendandi in prandio et in cena.* — *Quod corporale exercitium.*

57-58 il lunedì ... et se il lunedì ... non si *B* || 59 inanti che il confessore mangia ... superiore della *B* || 61 d'novitii *B* || 65 intender *B* | da lui *B* || 66-67 che hanno mancato se medesimamente il lunedì avanti che mangi || 67-68 fosse alcuno ... s'havessi *B* || 70 del tutto *B*.

---

[6] In ms. clare scriptum est *lune*, fortasse per distractionem, vel per formam dialectalem, vel per influxum verbi hispani *lunes*.

[7] Vide sup. MON. 44 (Regole Communi), n. 11. Transit hoc praeceptum, formula magis generali, in Constitutiones, part. III, cap. I, n. 20. Declar. Q.

[1] Cf. MI, *Fontes narr.*, I, 590-591.

†

IHS.

IL REGIMENTO, CHE SI DEBE HAVER CON QUELLO [SIC] CHE DI NOVO VENGONO A ROMA NELLA STADE

ordinato per il nostro medico Miscer Iacobo [1] et commandato scriver' per il nostro Rdo. en X° Padre M. Ignacio.

Quanto al mangiar'.

Carne de castrato, vitella, pullastro, capreto, alterata alcunne volte, con lactuca, borragine, dil che si farà menestra, pan gratato, farro, farinela, estuphata, panatella etc.

Pan bono, vino bianco et che non sia aspero.

De frute, uve, meloni, figui, pere et prune damascene o delle altre.

A la sera, salata de lactuca, borragine, pimpinela et acetosa, cicorea cotta che he la meglio.

Al venerdì et sabbato, ova in aqua o integri, pesce fresco, telina, tenca etc., et non mangiarà pexe salato.

Del exercitio: che faccia a la matina a buona hora et a la sera doppo la cena exercitio temperato senza sudare etc.

Ora pro me infirmario.

---

[1] Complures huius nominis medici erant Romae tempore Sti. Ignatii, sed de quo hic agatur incertum est. Inter benefactores confraternitatis *della gratia* numerantur medici M. Iacobus Hermolaus et M. Iacobus Antonius Riccoboni. Cf. TACCHI VENTURI, *Storia*, I/2, p. 302 (n°. 158). Iacobus quidam medicus nominatur in Regestis epist. Sti. Ignatii ad diem 11 iulii 1551. Cf. MI, *Epp.*, III, 574. Ad Iacobum item medicum scribitur ex Urbe, die 22 februarii 1554. *Ibid.* VI, 341-342. Ex contextu apparet illum antea Romae fuisse. Inter archiatras pontificios huius temporis laudatur Iacobus Bonacorsus, qui Romae obiit a. 1553. Cf. MARINI, Gaetano, *Degli Archiatri pontificii*, (Roma 1784) I, p. 361; II, p. 68. Omittimus Iacobum Schipman qui iam medicus Societatem Iesu Romae a. 1556 est ingressus, de quo nescimus an Romae prius medicinam exercuerit. Cf. SACCHINUS, *Hist. Soc. Iesu*, part. IV, l. 4, n. 125.

MON. 60

APPENDIX AD REGULAS ANNI 1549

REGULAE COMMUNES HISPANICE (1550-1551 ?)

Praefatio

Apogr. in arch. S. I. Rom. cod. *Instit. 187* (prius Instruct 1546-1582), f. 103*r* (prius n. 79) manu ignota. Quod sequentes Regulae (numero quindecim) proximam cognationem habeant cum Regulis romanis anni 1549 supra editis, evidens apparebit comparanti regulas hispanas 1, 2, 3, 4, 6, 8, 9, 10, 12, 13, 15 cum regulis italicis 2, 3, 4, 5, 18, 19, 12, 28, 24, 23 55-56. Ex qua comparatione apparet etiam ordinem esse diversum. Regulae hispanae 5, 7, 11, 14, nulli ex regulis italicis anni 1549 respondent. Regula 14 est fere regula 12 in « *Regla geral* » patris Simonis Rodriguez [1]. Regulae hispanae non possunt dici versio litteralis regularum italicarum, ut ostendunt locutiones « después que se santiguare » pro « poichè farà il segno della santa croce » (Reg. 1); « del que tiene el cargo de casa » pro « del ministro » (Reg. 2); et eodem fere modo in reg. 10 et 12.

Quod hae regulae hispanae tempore posteriores sint regulis italicis anni 1549, nobis probabile videtur ex eo quod in regulis hispanis formulae loquendi sunt magis generales; nec enim iam nominantur personae particulares, ut P. Ignatius, P. Codatius, ut in italis. — Quod vero hae regulae hispanae editae vel scriptae primo sint ante annum 1552 concludi videtur ex eo quod careant illa divisione in tres vel quatuor partes, quae adest iam in regulis communibus Roma Neapolim missis anno 1552 (de quibus paulo inferius agemus) et quam semper postea retinuerunt regulae communes. Ideo possumus cum magna probabilitate statuere illas editas esse anno 1550 vel 1551.

Cuinam domui vel coetui destinatae fuerint, non potuimus invenire. Ex eo quod in regula 5ª praecipitur ut omnes italice loquantur, potest colligi has regulas editas esse pro domo professa vel domo noviciorum romana.

Summarium: 1-4. *Praescripta circa peccatorum confessionem.* — 5-8. *Loquendum italice, voce demissa.* — 9-10. *Modestia commendatur.* — 11. *Quomodo se gerere oporteat in necessitatibus occurrentibus.* — 12. *Medicamenta, inconsulto medico vel superiore, non sumenda;* — 13. *Nemo pecuniam propriam vel alienam apud se retineat.* — 14. *Quid agendum quando aliquis requisitus inveniri non possit.* — 15. *Litterae nec mittendae nec accipiendae, inscio superiore.*

[1] Cf. sup. MON. 23.

†

IHS.

GENERAL

CERCA LAS CONFESIONES SE TENGA EL MODO SIGUIENTE:

1. Quando alguno de los inferiores se confesare con alguno dellos, después que se santiguare y dixere: « Ego peccator », la primera cosa diga: Yo me confesé la última vez en tal día y con tal [1].

2. Item, si este penitente no se confesó con el mismo confesor, o del que tiene el cargo de casa, de nuevo se confiese con su confesor desde el tiempo que la última vez se confesó con él [2].

3. Item, si el penitente se olvidare de dezir el tiempo y con quién se confesó, el confesor se lo demande, y después haciéndole confesar desde el día que con él se confesó [3].

4. Item, ningún tal penitente se confiese con otro, aunque sea de casa, sino con su confesor, si no fuese por mandado de su confesor, o del que tiene el asunto, por algún caso [4].

5. Item, procuren de hablar todos italiano, si no fuere con personas estrañas, o delante de los tales estraños con alguno de casa [5].

6. Todos ablen con voz baxa y mudada [6].

7. Pueden hablar a la mesa, o quando hablaren con el que tiene el asunto, o delante dél, quando hablaren con los otros de fuera o de casa, como juzgaren ser más conveniente en el Señor nuestro, y como quiera con los de fuera.

8º. Todos se guarden en leer, en rezar, en dezir horas, que a ninguno estorven por hablar alto, mas agan sus oraciones como en la iglesia se acostumbra, sin perturbar unos a otros [7].

---

[1] Vide supra MON. 44 (Regole communi), 2.

[2] Ibid. reg. 3.

[3] Ibid. reg. 4.

[4] Ibid. reg. 5.

[5] In regulis missis ad collegium neapolitanum anno 1552 dicitur (nº 47) « Tutti parlino latino ... ». In posterioribus editionibus regularum communium praecipitur generatim ut omnes linguam regionis in qua resident addiscant, nisi forte ipsorum nativa illic esset utilior; salva tamen latini sermonis lege in iis, qui litteris dant operam.

[6] Cf. MON. 44, n. 18.

[7] Ibid. reg. 19.

9ª. Procure cada uno, máxime por la iglesia y por las calles, de andar quieto, sin discurrir con la cabeça, inclinados los ojos, que parezca devoción de dentro y modestia de fuera [8].

10. No tendrá mando o enperio sobre otro de casa, dexando el cuidado al que tiene cargo de casa [9].

11. Quando alguno querrá inbiar fuera, o que alguno le haga algún servicio, diga al que tiene cargo de casa; quando no le allare, o en su ausencia, pida por amor, mostrando necesidad.

12. No tomará cosa de botica sin consejo de médico y del que tiene el asunto; el qual médico sea llamado y escogido por el que tiene el asunto o el cargo de casa, y no por otro alguno sano o enfermo, sino con voluntad, etc. [10].

13. Ninguno terná propios dineros ni agenos en casa, sino fuere etc. [11].

14. Quando alguno allare la puerta de alguno cerrada, toque un poco rezio la puerta, y luego diga alta voce todo lo que quiere; no le respondiendo, o no le allando, puede dezir a quien le domanda, o que no le responde, o que no le alla, etc. [12].

15. Item que ninguno scriba y resciba cartas sin mostrarlas [13].

DEO GRATIAS

48-49 Regula haec 15 diversa manu ac aliae scripta est.

8 Ibid. reg. 12.
9 Ibid. reg. 28.
10 Ibid. reg. 24.
11 Ibid. reg. 23.
12 Cf. MON. 23: *Regla geral* patris Simonis Rodriguez, n. 12.
13 Cf. superius MON. 44, nn. 55-56.

REGULAE VARIAE

Mon. 61

CONSTITUTIONES UNIVERSITATIS GANDIENSIS (1549 ?)

Costitutionum breve summarium

Collegium gandiense primum in Europa fuit [1] in quo aliqui e Societate Iesu scholasticos etiam externos litteras vel artes docere coeperunt. Fuit etiam primum Studium Generale, seu Universitas studiorum Societatis Iesu, in quo academici gradus conferri possent, nam ad hunc honorem erectum est a Paulo III per bullam « *Copiosus in misericordia* » die 4 novembris, anni 1547 datam, quae sollemniter publicata est Gandiae die 1 martii 1549 [2]. In ea statuitur ut Rector collegii Societatis pro tempore sit simul universitatis Rector, et conceditur facultas gradus conferendi cum privilegiis universitatum Parisiensis, Salmanticensis, Complutensis. Datur etiam facultas statuta Universitatis condendi, mutandi, quando Rectori et consiliariis bene visum fuerit.

Primitivae Constitutiones huius Universitatis videntur illae esse quarum antiquum apographum invenitur Romae in *Fondo Gesuitico* sub titulo « *Constitutiones de la Universidad de Gandia hechas por el buen Regimiento y govierno de la Universidad* » [3].

Constitutiones agunt praecipue de examinibus ad gradus obtinendos. — « *Sobre examen de bachiller en Artes. — Sobre el examen de bachiller en Theologia. — Sobre incorporaciones. Sobre todas las facultades en común. — De los examinadores. — De los ministros y oficiales de la Universidad. De los salarios* ».

Sequitur: « *Memorial de las cosas puestas en uso en la presente Universidad* ».

Ex his Constitutionibus novimus in Artium cursu Aristotelis opera, in theologia scholastica libri Sententiarum, in theologia positiva aliquid ex veteri et novo Testamento exponendum.

Iuramentum a graduandis praestandum haec continebat: « Item que todos los que se graduaren en esta Universidad ayan de jurar

---

[1] Cf. MHSI, *Epist. S. Francisci Xaverii*, I, 301.

[2] Cf. *S. Franciscus Borgia*, II, 504, 507; 700-703; *Epp. Mixtae*, II, 102-103. Integra bulla edita est apud Juan B. Perales, *Historia general de Valencia*, III, 641-643.

[3] *Collegia*, Busta 74/1441, n° 10.

en el tiempo de tomar de los grados de no ir contra el Romano Pontífice, ni contra la opinión de la sacratíssima conceptión de nuestra Señora, ni contra las Constituciones desta Universidad in licitis et honestis ».

Tempus quo hae Constitutiones factae sunt, non constat; sed primitivae videntur, et certe ante annum 1554 factae, quia circa finem mentio fit de quodam consilio a patre Araoz, *provinciae Hispaniae* praeposito dato. Iam vero anno 1554 desiit Hispaniae provincia, divisa in provincias Aragoniae, Baeticae et Castellae. Satis nobis visum est hoc illarum brevissimum compendium dare [1].

MON. 62

CONSTITUTIONES COLLEGIORUM

Praefatio

Scriptum hoc patris Polanco exstat in cod. *Instit. 178* I, ff. 16*r*-27*v*. Totum est autographum, etiam compendia marginalia. In f. 16*r* haec habentur, manu cuiusdam praefecti archivi: « Regulae Collegiorum / manu P. Polanci », et in imo folio manu ipsius Po-

I. Principio admoneantur omnes Collegium in eum finem erectum esse, ut alantur in eo et instituantur, qui Germaniae

---

1 Jesus] + *G* || 4 tres in partes] in tres partes *GR* || 12 in iis] in *deest in GR* || 14 Germanico *deest in GR* || 15 *In paragraphorum numeratione GR adhibent numeros arabicos*: 1, 2, 3 etc.

---

16 O. c. I, 2, pp. 147-164.

17 L. c. pp. 464-471.

1 Prima et tertia pars Constitutionum sunt ita propriae collegii germanici ut aliis convictoribus difficile applicari possint, ideo eas solum in compendio hic damus.

nessuno deve sanza licentia delli R.mi et Ill.mi protectori partirsene o pigliare otro partito dopoi che intraranno, insino a finire li studii; et dopoi, con li beneficii che li sarano dati, deveno andare dove sarano indrizati per lavorare nella vigna de Christo N. Signor in Germania. Et chi sarà prevaricatore di questa ordinatione santa, oltra la punitione de Dio, sarà etiam punito delli suoi ministri, come conviene [2].

2° Perchè la pietà sia fundamento della doctrina, et il profetto dello spirito si procuri insieme con quello delle littere, intrando nel collegio, per otto o dieci giorni seranno instrutti in alcune cose spirituali più necessarie per tratenersi nella purità et timore de Dio, et elevare la mente a lui, et restaranno per l'advenire con la santa consuetudine di dare ogni dì alcun tempo competente all'essaminatione della conscienza et oratione come sarano insegnati [3].

3° Sentiranno la messa ogni giorno [4].

10-11 nessuno — partito *sup.lin.*, *del.* è necessario che perseverino qua || 13 lavorare *sup.lin.*, *del.* coltivare | *Del. etiam post lavorare* verbo et scripto, dopoi || 14 sarà *sup.lin.*, *del.* et quanto uno fossi più fervente in questa intentione, tanto saria più d'eligere ed (?) [*imperf.*] || 17 2° *del.* Primo || 17-18 *In ms. est virgula post* doctrina *et* spirito, *quae reddit sensum obscuriorem* || 23-24 essaminatione — et *sup.lin.manu Polanci* || 24 oratione *del.* et cose de Dio | come — insegnati *add.Polancus* || 25 giorno *del.* nel collegio.

---

[2] Prima paragraphus huius secundae partis italae addita fuit manu patris Polanci in margine interno manuscripti, et quando pater Schroeder eam transcripsit ita erat codex compactus ut nec eam integre legere potuerit, nec ubi collocandum esset quod legi poterat, inveniret. Ideo eam ut partem numeri septimi primae partis edidit. Nec animadvertit Polancum post additionem illius paragraphi omnes numeros mutasse. Nunc post recentiorem codicis restaurationem satis bene suo loco legi potest.

[3] Quae in hac paragrapho statuuntur similitudinem quamdam habent cum his quae statuta erant pro prima probatione noviciorum Societatis Iesu. Vide superius *Regulas primae probationis* (Mon. 53), et *Constit. Societatis Iesu*, P. I, cap. IV.

necessitatibus spiritualibus pro talento, quod Dei benignitate susceperint, opitulentur; proinde nemini futurum integrum ex eo discedere, vel aliam vitae conditionem amplecti absque facultate Reverendissimorum et Illustrissimorum Protectorum, penes quos potestas erit illos cum beneficiis ecclesiasticis mittendi, cum commodum videbitur, ad colendam Domini vineam in iis locis, in quibus spes sit eorum opera et labore fructum uberiorem percipiendum. Promissionem itaque huiusmodi omnes facient (et qui hanc legem violaverint, semel in Collegium admissi, praeterquamquod in gravem Dei indignationem incurrent, intelligant etiam se gravibus censuris et poenis subiacere).

II. Quoniam autem ea demum utilis et salutaris doctrina est, quae pietatis habet fundamentum, nec tam decet christianos Scholasticos, de progressu in scientiis, quam de profectu in spiritu esse sollicitos, sub ipsum ingressum in Collegium de rebus spiritualibus, quae in primis opportunae videbuntur ad tuendam animi puritatem una cum timore Domini, et ad attollendam mentem in ipsum Dominum, spacio octo aut decem dierum instruentur, ut sancta paucorum dierum consuetudine assuefacti, libenter reliquo tempore portiunculam aliquam dici in conscientiae suae examinatione et piis orationibus aut meditationibus, prout edocebuntur, collocent. [3].

III. Singulis diebus missae sacrum devotis et attentis animis audient [4].

---

18 *GR ponunt punctum post* opitulentur. || 19 conditionem vitae *GR* || 25-28 *Signum parenthesis deest in GR* || 27-28 subiacere *addalia manus post. in R* ad arbitrium Ill.morum et R.morum DD. Protectorum || 35 *In G posset legi* spatio; *sed notum est in antiquis mss. c et t confundi* || 37 libenter] lubenter *G*.

---

[4] Vide Mon. 63: *Regul. Collegii Rom.*, I, 2. Constitutiones collegii capranicensis in Urbe anno 1452 a cardinali Dominico de Capranica erecti, statuebant ut alumni «ad ecclesiam sanctae Maria in Aquiro ... bini et bini vadant, ibique missam devote audiant, ... principaliter in omnibus diebus Dominicis anni, et festis duplicibus, insuper et in festivitatibus Sancti Dominici, Sancti Francisci, Sancti Antonii de Padua et in tribus ultimis diebus majoris hebdomadae, et in die Commemorationis omnium Defunctorum, in quibus omnibus et singulis diebus Missam in eadem Ecclesia ... devote audiant, non huc illuc per Ecclesiam vagantes, quod impiorum est, ... sed vel cantent simul cum Clericis, vel in choro modeste sedeant». *Constitut. Colleg. capranicensis*, cap. II. Apud Schroder, *Monumenta quae spectant* ... 68.

4° Si confessaranno et communicaranno per ordinario ogni mese al meno una volta col padre spirituale che li sarà dato [5].

5° Circa li studii loro et essercitio di essi si lassino regere dal suo Rettore, il quale conforme al parere delli R.mi et Ill.mi Signori Protectori et de la Compagnia de Jesù haverà cura del tempo et modo et doctrina che ogni uno deve studiar', et gli authori che deveno seguitare, et che siano provisti de tutto quello, che conviene per fare buon profetto nelle littere [6].

6° La conversatione d'ogni uno con altri di casa o di fuora, de parole o per littere, non sia senza la notitia et aprobatione del Rectore loro, acciò sia solamente con quelli che possono giovare et non nocere nei costumi christiani, et così non usciranno de casa senza licentia, nè andaranno ad una parte o l'altra senza questa, et senza la compagnia che li sarà data [7].

7° Circa li offitii et cose domestice, et generalmente tutte quelle che convengono alla bona loro institutione in littere et virtù, intanto che saranno nel collegio, deveno esser' obedienti

---

26 communicaranno *del.* spesso et. || 27 al meno *sup.lin. manu Polanci* || 30 conforme al parere *bis in ms.* || 40 *Subtus* questa — compagnia *erasa aliqua verba quae non possumus legere.*

---

[5] Alumnis Societatis collegii Romani praescribebatur assistentia sermoni et lectioni sacrae singulis diebus dominicis et festis, et confessio et communio singulis hebdomadis. Vide sup. *Reg. Coll. Rom.* I, 4°, 6° (Mon. 63). De confessione et communione et de assistentia sermonibus haec statuebant Constitutiones collegii capranicensis: « Quilibet dictorum Scholarium devote saltem bis in anno Archipresbytero S. Mariae in Aquiro vel alteri .., per singulos scholares eligendo, pure et integre sua peccata confiteantur, ... necnon Sacratissimum Corpus Domini Nostri Iesu Christi bis in anno reverenter suscipiant, videlicet in festo Nativitatis ejusdem Domini Nostri Iesu Christi, et in die Resurrectionis ejusdem, et de his fiat fides ipsi Rectori; si quis tamen consilio Confessoris

IV. Singulis diebus Dominicis et festivis ad Dei laudes et officium praescriptum simul dicendum mane et vesperi convenient, et praedicationi ac lectioni verbi Dei, prout eis iniungetur, intererunt; singulis vero mensibus semel saltem ad sacram Eucharistiam, facta prius humili peccatorum confessione coram iis sacerdotibus, qui ad audiendas eorum confessiones instituentur, reverenter accedent [5].

V. Quod ad studiorum rationem et litterarias exercitationes attinet, nemo suum sensum et voluntatem sequatur, sed permittat se potius Rectoris iudicio et arbirito gubernari, illi enim curae erit iuxta sententiam Reverendissimorum et Illustrissimorum Protectorum ac Praepositi Societatis Iesu, cui ea cura demandata est, singulis praescribere primum ea studia, in quae ipsos incumbere, et auctores, quibus potissimum operam dare conveniat; deinde tempus quod in quoque studio poni debeat; tum modum et rationem in ipsis studiis retinendam. Curabit etiam ille, ne quicquam ulli desit, quod ad profectum studiorum necessarium videatur [6].

VI. Nemo nec domi nec extra domum, nisi conscio et approbante Rectore, cum quoquam sermone vel scripto conversabitur. Ut ita demum caveatur, ne colloquia misceant cum illis, a quibus inquinari et corrumpi potius, quam iuvari, vel eosdem iuvare possint. Quare nulli etiam exire domo licebit, aut, postquam exierit, quoquam progredi inscio Rectore, et absque eo comite, quem ipse Rector adiunxerit [7].

VII. In domesticis porro officiis et actionibus, ac breviter in iis omnibus, quae ad utilem et salutarem Scholasticorum in doctrina et pietate institutionem pertinebunt, tanta eorum

---

42 ad Dei laudes et] in Dei laudem ad *GR* || 44 eis] iis *GR* || 45 singulis. *Hoc verbo incipit nova paragr.* (5) *in GR* || 48 accedent] accedant *GR* || 51 iudicio] iuditio *GR* || 52 cura erit *GR* || 53 Ihesu *GR* || 55 authores *GR* || 62 misceant] misceantur *GR* || 64 exire domo] exire domum *GR* || 66 comite eo *GR*.

---

abstinere deberet, excusatus habeatur ». « Singulis diebus Solemnium festivitatum, in quibus ad populum sermo fieri consuevit, et in Dominicalibus Quadragesimae, et Adventus, verbum Dei audiant, eundo omnes simul ad orationes, quae ad populum fient per Praedicatores Fratres apud Sanctam Mariam supra Minervam, seu per alios Religiosos in locis suis, vel alibi, ubi Rector et Consiliarii crediderint meliorem esse Praedicatorem ». Cf. *Constit. coll. capranicensis*, cap. VI, et cap. VIII. Apud SCHROEDER, l. c. 68, 69.

[6] Cf. sup. *Regul. Coll. Romani*, II, 1 (MON. 63).

[7] Ibid. I, nn. 9°, X°.

al suo Rectore, reputando che Dio li governa per tal instru-
45 mento, et così che obediscono non a homo, ma a Dio nostro Signore, e come de Dio piglino da lui la admonitione, reprehensione o penitentia, che li sarà imposta per aggiutarli nelli suoi deffeti etiam legeri, perchè li gravissimi e obstinati con l'aggiuto divino si spera non si faranno; tali, massime scan-
50 dalosi, non li deve tolerare la purità del collegio, anzi come peste cacciare, se qualche uno [8] [*sic, imperfecto sensu*].

8° Ogni uno dormirà da per se nel suo letto [9].

9° Il victo sarà conveniente et commune, in modo che non vi sia altro obligo a digiuni o abstinentie di quello che tutti
55 li fedeli hanno; et chi vorrà aggiungere, lo faccia con volontà del Rectore, et per devotione et non per obligo [10].

10° Si vestiranno in modo ecclesiastico con le berette quadrate et veste longhe della foggia che parerà alli R.mi et Ill.mi Signori Protectori [11].

60 11° Nissuno di loro habbi denari in sua mano, nè compri libri o cosa alcuna senza che il sappia il Rectore, et si ben sarà provisto de altra banda di danari, l'abbia in mano del Rectore per le cose che a lui convenienti si giudicaranno o necessarie [12].

65 12° Si exercitaranno non solamente in disputare, conferire et componere, ma etiam quelli che saranno idonei, in le-

---

45-52 a Dio. *Reliqua huius paragraphi addita sunt a Polanco multis correctionibus quae lectionem omnino difficilem reddunt.* || 45 Dio *del.* et farano etiam le penitentie che la discreta || 48 defetti *del.* quali si spera non saranno gravi || 49 divino *del. duo verba illegib.* | massime *del.* gravissimi peccati et scandalosi || 50 deve *sup.lin.del.* potria || 51 uno. *Unum aut duo verba legere non possumus* || 55 lo facia *sup.lin.manu Polanci* || 56 Rectore *del.* lo faccia | et[1] *add.Polancus.* || 65-66 conferire — ma etiam *add.manu Polanci, del.* ma in scrivere et.

---

[8] Cf. sup. *Constit. Collegiorum*, I, 43 (Mon. 62); *Reg. Coll. Romani*, ad finem; *Constit. Patav.* Apud *Epp. Mixtae* I, 591.

erga Collegii Rectorem obedientia semper constare debet, ut alacri sua promptitudine agnoscere se ostendant, non tam homini parere se quam Deo, qui per ipsum Rectorem tanquam per instrumentum suum eos gubernare dignatur. A quo etiam existimabunt illas se admonitiones et increpationes accipere, quas a Rectore audiverint, nec non et poenitentias, quas nonnunquam ad corrigendos leviores ipsorum lapsus iniunxerit. Nam de gravioribus nihil hic dicimus, nec enim timendum est futurum unquam, ut in tam sancta societate gravia crimina ulla admittantur, quaeve magnum aliquod offendiculum aliis afferant. Verum si id aliquando (quod Dominus avertat) acciderit, authores protinus ex domo tamquam oves contagiosae expellantur, ne reliquos inficere possint [8].

VIII. Singuli singulos, in quibus dormiant, lectos habebunt [9].

IX. Victus erit conveniens, nec ullus in eo peculiaris erit delectus, nisi qui apud omnes catholicos servari consuevit. Nullis etiam aliis ieiuniis quam iis quae Ecclesia indicit, quisquam astringetur; et ne ad illa quidem qui per aetatem vel corporis infirmitatem non teneretur; licebit tamen cuique adiungere ex propria devotione, quae velit, modo id sciente et consentiente Rectore faciat [10].

X. Vestitus erit honestus et qui deceat viros ecclesiasticos, ita ut omnes pileum clericalem et externam vestem talarem gestent, quae eam habeat formam, quam maxime convenire Reverendissimi et Illustrissimi Protectores iudicaverint [11].

XI. Nulli liceat ullas apud se pecunias habere, sed quascunque vel Scholastici ipsi attulerint, vel amici aut cognati ad eos miserint, Rector tanquam depositarius ad ipsorum peculiares, sed necessarios usus servabit, absque cuius licentia nemo neque libros neque ullam aliam rem emere audebit [12].

XII. Danda est opera a Rectore, ut quicunque in Collegio fuerint, multis utilibus exercitationibus assidue excolantur, ut-

71 agnoscere] cognoscere *GR* || 78 unquam futurum *GR* || 80 afferant] adferant *GR* || 83 habebunt] habeant *GR*.

[9] *Constit. Patav.* ibid. 593.

[10] Cf. sup. *Reg. Coll. Romani*, I, 5°; II, 3°, 4°.

[11] Reverendissimi Protectores statuerunt ut alumni collegii Germanici uterentur vesti talari rubra, qua adhuc utuntur.

[12] Cf. *Regul. Coll. Romani*, I, XI.

gere et predicare; et finalmente nelle arme che hanno de adoperare in aiuto di suoi proximi [13]. Faranno etiam quel esercitio corporale che per la sanità e honesta recreatione sarà giudicato conveniente [14].

[III] Per l'uscita delli scholari del collegio.

[*Pars tertia*]

[*Nullus alumnus in Germaniam remittatur, nisi Protectoribus constet illum doctrina et moribus profecisse. Curabunt Protectores ut alumni beneficiis ecclesiasticis secundum talentum ornentur, atque ut in locum op-*

Formula promissionis

Ego N. intellecto sancti huius collegii instituto, eius me legibus et constitutionibus libenter submitto, et summi Pontificis et R.morum Protectorum intentionem, in litteris apostolicis et constitutionibus expressam, me in eodem collegio manendo et ab eo discedendo secuturum, coram Deo et vobis promitto. Romae 21 novembris 1552.

Nomen scholastici
Nomina testium

Testes fuimus N. N. N.

68-70 Faranno — conveniente *add.manu Polanci* || 70 conveniente *del.* per il suo [*imperf.*] [Formula promissionis] || 74-82 *tota manu Polanci* || 74 instituto *del.* et || 75 et[1] *corr.ex* vel |' 75 constitutionibus *del.* me | et[2] *del.* iuxta || 77 eodem *sup.lin.* | manendo *sup.lin., del.* mansurum || 78 discedendo secuturum *sup.lin., del.* recessurum, promitto || 82 *Supra* Testes fuimus *del.* nomina.

---

[13] Cf. ibid. II, 5°, 6°.

que non tantum scribendo, et inter se conferendo, aut disputando, verum etiam docendo et concionando exerceantur. Denique ut illa ferre arma et regere assuescant, quorum praesidio uti eos aliquando ad suorum spiritualem salutem (quae ab immanissimis hostibus oppugnatur) vindicandam et defendendam oportebit [13]. Curabitur quoque ut certis temporibus honestae ipsis scolasticis relaxationes concedantur, quae et remittendis animis et corporum valetudini tuendae conducant [14].

[III] Statuta servanda cum aliqui ex collegio in Germaniam remittentur.

[*Pars tertia*]

portunum mittantur. Collegialibus in Germaniam discedentibus, si commeatu destituantur, collegium provideat et omnia caritatis officia eis demonstret.]

Formula promissionis

Ego N. intellecto sancti huius Collegii instituto, eius me legibus et constitutionibus libenter submitto, ac Summi Pontificis et Reverendissimorum Protectorum intentionem, in litteris Apostolicis et constitutionibus expressam, me in eodem Collegio manendo et ab eo discedendo secuturum, coram Deo et vobis promitto. Romae tali die et anno.

— Et hoc manu sua scribet, aut certe subscribet in libro ad id deputato.

---

108 *Verbo* Curabitur *incipit nova paragr.* (14) *in GR* || 112 remittantur *GR* || 121 Et hoc] Et haec *GR* | scribet, aut certe scribet [*sic*] *GR*.

---

[14] Cf. ibid. III, 5°.

Mon. 69

REGULAE COLLEGII GERMANICI (1552)

Praefatio

Praeter Constitutiones collegii Germanici, de quibus in praecedenti numero egimus, habuit etiam Coll. Germanicum regulas quasdam a Sto. Ignatio datas. In codice *Rom. 157* I. arch. romani S. I., immediate post Constitutiones collegii et formulam promissionis, et abiurationis errorum, in fol. 205-206 sequuntur eadem manu scriptae: *Regulae quaedam communiores in hoc collegio servandae* (= Apogr. *R*). Eaedem Regulae sunt in codice collegii Germanici aliquibus foliis post exemplar Constitutionum, alia manu scriptae (= Apogr. *G*). Ex earum collocatione, praesertim in cod. *Rom. 157 I*, non videtur esse ulla dubitandi ratio, quin illae ad idem tempus quo Constitutiones Collegii scriptae sunt (scilicet ad annum 1552) pertineant. In formula promissionis, quam paulo ante dedimus, alumni submittunt se legibus et Constitutionibus collegii. Fuisse ab initio regulas, praeter Constitutiones, constat praeterea ex epistola patris Polanci ad patrem Kessel, data Romae die 28 decembris a. 1552. In ea enim dicit pater Polancus candidatum quendam in patriam remissum eo quod noluisset se submittere legi, qua ordinabatur ut alumni loquerentur italice, et aliquem librum italicum in refectorio legerent[1]. Haec ordinatio non habetur in Constitutionibus, sed in Regula 12, quam vide sis inferius.

Hae Regulae continentur septemdecim paragraphis. Duae ultimae videntur post annum 1555 additae. Decima sexta supponit collegium satis iam evolutum, et decima septima est ultima ex Regulis modestiae a Sto. Ignatio confectis anno 1555 ex quibus desumpta videtur. Quamquam paenitentia de qua in hac regula agitur, invenitur iam in *Ordinatione de aliorum defectibus observandis et corrigendis* (Mon. 70) quae confecta est an. 1552 vel ineunte 1553; attente tamen considerari debet finis regulae decimae quintae. Inde etiam concluditur utrumque apographum non ante 1555 scriptum fuisse.

Regulae sunt evolutio et explicatio secundae partis Constitutionum collegii. Regulae 2^a, 3^a, 4^a, 6^a, 7^a, 8^a, 9^a, 10^a, continentur integrae vel saltem partim in secunda parte Constitutionum collegii, nn. 3-4, 2, 4, 7, 6, 11, 6. Conferri possunt cum regulis collegii Romani, quas supra edidimus (Mon. 63).

---

[1] Cf. Schroeder, *Monumenta*, p. 120; MI, *Epist.* IV, 578.

Has Regulas publici iuris fecit ex exemplari collegii germanici pater Schroeder [2] (qui exemplar archiv. Romani S. I. ignorasse videtur); ex eo illas desumpsit pater Aicardo, l. c. et ex hoc p. Natalius D. Díaz. De illis loquuntur card. Steinhuber [3], Schroeteler [4]. Textus utriusque apographi *R* et *G* fere nihil inter se differunt, nisi in modo scribendi; *R* adhibet numeros arabicos ad enumerandas paragraphos, *G* numeros latinos; *R* meliorem modum scribendi (orthographiam) habet; eum propterea in nostra editione adhibemus, annotantes lectiones variantes alicuius momenti, si quae tales dici possunt, textus *G*. In exemplari *R*, idem qui Constitutiones correxit, quaedam etiam emendavit; ea nos in apparatu critico, cum sint Sto. Ignatio posteriora, negleximus.

†

IHS

REGULAE QUAEDAM COMMUNIORES IN HOC COLLEGIO SERVANDAE.

1. Omnes in hoc Collegium admissi institutum eius ac promissionem suam ante oculos semper habere studeant, et eo tanquam ad scopum actiones omnes suas conferre, divinam opem saepe implorantes, ut citius perfectiusque id, quod promiserunt, praestare queant; ac pro Germania et pro benefactoribus huius Collegii peculiariter precantes [1].

2. Missam quotidie in loco itidem praescripto devote audiant ac faestis et diebus [Dominicis] concionibus ac lectionibus sacris intersint. Nec non et semel saltem singulis mensibus confiteantur atque communicent, ut a Rectore fuerit ordinatum [2].

3. Mane postquam surrexerint, et vesperi antequam cubent, orationi atque examini conscientiae, iuxta methodum praescriptam, vacent per horae dimidium, duobus tintinabuli signis distinguendum [3].

4. Diebus faestis officium simul recitent, quod a Rectore

1 IHS *deest in R* || 10 Dominicis *deest in utroque exemplo, sed postulatur a contextu.*

2 O. c. pp. 93-96.

3 *Geschichte*, I, 24-25 (in 2ª edit., pp. 26-27).

4 *Die Erziehung* ... 457-458.

1 Cf. *Regulas Coll. Romani*, I, 1 (MON. 63).

2 Cf. ibid. I, 2°, 6°. Alumnis collegii Romani S. I. praecipiebatur confessio et communio hebdomadaria. Ibid. I, 4°. Alumnis externis confessio semel in mense. Ibid. Append.

3 Cf. *Reg. Coll. Romani*, I, 3°.

et quo loco, tempore ac modo fuerit constitutum. Ceteris vero diebus singuli per se recitabunt, quando erit magis oportunum [4].

5. Concordiam inter se ac mutuam benevolentiam tanquam fratres accurate servent, et tam domi quam foris modestiae, pietatis, prudentiaeque et virtutum ceterarum specimen praebeant tamquam oculis expositi christianorum omnium populorum, qui optimum instituti huius successum et fructum copiosissimum expectant [5].

6. Constitutiones omnes Collegii velut ad praefixum scopum imprimis necessarias studiose observent, in quas sicubi deliquerint, gaudeant repraehendi, et emendationis exemplique causa si quid poenae iniunctum, libenter ferant, maxima semper reverentia Rectorem observantes [6].

7. Ne domum exeant absque venia Rectoris, et socio sibi destinato, ut pericula multa et offendicula devitent [7].

8. Pecuniam propriam aut alienam nec penes se habeant, nec apud alium deponant quam apud rectorem vel ministrum domus [8], qui eandem reddet quoties repetiverint, in bonos dumtaxat usus insumendam.

9. Ne scribant vel accipiant literas, quin Rectori ostendant, si visum fuerit, legendas [9], ut varia impedimenta studiorum et occasiones gravioris mali subterfugiant.

10. Similes ob causas ne inscio et abnuente Rectore colloquia ineant cum externis nec ipsi inter se loquantur importunis horis, nisi pauca necessaria, vel conferendo aliquid de studiis, idque in communi loco, vel cubiculo interim aperto, et tam submissa voce, ut alii nihil obturbentur [10].

11. Praeceptores suos ament ac revereantur, lectiones attente audiant, et omnia exercitationum consuetarum genera ita

---

25 oculis, oculis *R* || 33 domum *utrumque exemplar* || 38 insumendam] insumendas *G*.

---

[4] Ibid. Alumnis tamen Collegii Romani non praecipitur recitatio Horarum in communi.

[5] Ibid. I, 7°.

[6] Cf. *Constit. Collegiorum*, VII, 12 (Mon. 62).

[7] *Reg. Coll. Romani*, I, 8°.

[8] Ibid. XI.

[9] Ibid. X.

[10] Ibid. 9°, XIX.

observent diligenter [11], ut aliis auditoribus tam in morum quam in literarum studiis exempla bona exhibeant.

12. Italico sermone loquantur, ac unus ad mensam legat italicum aliquem libellum pium, donec satis recte et expedite loqui sciant [12].

13. Cum multa animi puritate multam quoque tum corporis tum rerum omnium, quibus utuntur, servent munditiem, purgatis tam saepe vestibus et cubiculis suis, ac omnibus ita decenter compositis, ut occulos intuentium non offendant [13].

14. Sanitatem etiam corporis diligenter curent, et si quid morbi sentiant vel incommodi aliqua in re, ut in victu et vestitu et operationibus praescriptis, Rectorem statim admoneant [14].

15. Tempus universum et singulas diei partes recte distribuant, ordinent ac expendant, ita ut audito signo surgendi, orandi, missam et lectiones audiendi, sumendi cibum, post horam a cibo sumpto in cubiculum se recipiendi, aut aliud quidvis ex consuetudine agendi, omnes expedite illud praestent [15]. Quicquid vero temporis reliquum fuerit a divino cultu, lectionibus, cibo, somno, recreationibus honestis, et aliis ordinariis, vel extraordinariis suis occupationibus, id totum impendant studiis, quo citius optatum finem assequantur ad gloriam et honorem Ihesu Christi. Amen [15b].

16. Nullus egrediatur domo sine aliquo eorum qui cum ipsis agunt de Societate Ihesu et si omnes simul vel multi egredientur, duo saltem de Societate illos subsequantur: ac etiam quando numerus scholarium creverit, duo alii praecedant. Similiter revertantur omnes a scholis coniuncti et comitati [16]. Si vero aliquorum lectiones citius completae fuerint,

---

54 multam] multum *R* || 55 munditiem] munditiam *G* || 66 *Post* praestent *G ponit punctum et comma* (;) || 67 Quicquid] quidquid *G* || 71 Amen *deest in R* || 72 domo] domum *G* || 75 quando] quum [?] *G* | duo, duo *G*.

---

11 Ibid. II, 8°.

12 Alumnis Collegii Romani praecipitur e contra ut latine loquantur. Ibid. II, 8°. Vide tamen inferius quae de hac re praecepit S. Ignatius anno 1555. (MON. 106)

13 *Reg. Coll. Rom.;* I, 3°, XVI. (MON. 63)

14 Ibid. III, 6°.

15 Ibid. III, 1.

15b Verbum *Amen* videtur indicare regul. 15 fuisse prius postremam.

16 Ceterum vide sis quae de ordine servato ab scholasticis tam collegii Romani, quam Germanici cum ad templum Domus professae ad con-

alios in schola sua, vel loco alio constituto expectent, aliquid interim de studiis suis per se, aut cum aliis repetentes.

80 17. Si quis alterum iniuria aut verbo iniurioso affecerit, aget poenitentiam per tres hebdomadas, tribus per hebdomadam diebus ad parvam mensam edens in prandio ac coena, et pane, vino atque offa duntaxat vescens [17].

Mon. 70

DE DEFECTIBUS ALIORUM OBSERVANDIS ET CORRIGENDIS (1552, 1553)

Praefatio

Iam alias S. Ignatius de subditorum defectibus observandis et corrigendis ordinationes aliquas dederat. Videsis superius Mon. 57, in cuius praefatione breviter indicavimus diversos modos corrigendi defectus in diversis Ordinibus religiosis. Discrimina non parva sunt inter Mon. 57 et hoc 70. In Mon. 57 statuebatur ut omnes et singuli domestici omnium aliorum defectus notarent singulis mensibus, et observationes scriptas et sigillatas superiori traderent; in hoc Mon. 70 syndicatio committitur tribus, ministro domus, subministro et cuidam alii (Romae fratri Ioanni Paulo, qui syndicus appellatur); ibi statuebatur ut syndicatio singulis mensibus fieret, hic ut singulis hebdomadibus. Circa defectuum correctionem est etiam non parvum discrimen. In Mon. 57 tota correctio superiori relinquebatur, hic tres syndici deliberare debent inter se, quis eorum aptior sit ad errantem corrigendum, vel ei paenitentiam iniungendam. Nullibi tamen agitur de capitulo publico culparum, quod in Religionibus antiquioribus in usu erat. Vide inferius Mon. 73 (*Officium rectoris*) nn. 53-56.

Huius ordinationis tria apographa hispana antiqua novimus. Primum (*A*) in cod. *Histor. Soc. 1a* (Rom. I) n. CXC. In marg. superiore sinistro scriptum est alia manu: *Ordinationes S. Ignatii.* In dorso manu Patris Polanci: † *Ordine del P. Ignatio.* Scriptura est coaeva.

Alterum exemplum (*B*) manu patris Nicolai Lancicii invenitur in cod. *Epp. NN.* 87 (= Scripta autographa P. Lancicii) f. 33*r-v*,

83 dumtaxat *G*.

tiones audiendas irent, scripsit Ludovicus Gonzalez in suo *Memoriali* ad diem 22 februarii 1555. MI, *Fontes narr.* I, 636.

[17] Haec regula, ut superius diximus, est ultima regularum modestiae a Sto. Ignatio anno 1555 editarum. Cf. inf. Mon. 101.

cui haec praemisit Lancicius: *Excerptum ex libro antiquo manu scripto, quem habebat R. P. Ludovicus Massellus, assistens Societatis pro Italia. Titulus hic est « ordine di N. P. Ignatio »*. Primas lineas ita transcribit et commentatur Lancicius: [1] *El Ministro M. Francesco (scilicet Xaverio), el Sottoministro M. Alfonso (id est, Salmerone), el Sindico Juan Paulo (scilicet Borello, coadiutore, che fu compagno di camera del N. S. Padre) se junten el lunes antes de cenar, a una hora cierta, a consultar entre ellos cerca la composición interior y exterior de todos. Hinc apparet, hoc ordinatum fuisse a S. P. Ignatio antequam P. Xaverius ab eo fuisset in Indias missus* ... Sequitur digressio de domibus in quibus S. Ignatius habitavit antequam ad S. Mariam de Strada sedem fixerit, et propositum Lancicii scribendi multa minutiora de S. Ignatio, et tandem reliquam partem documenti transcribit.

Tertium exemplum (*C*) habetur in Bibliotheca Nationali, Romae, Ms. gesuit. 1372, f. 240*r*-*v* [2].

Quandonam haec ordinatio scripta fuerit.

P. Lancicius et in documenti transcriptione et in opusculo spirituali V, cap. XI, ex opinione quod Minister M. Franciscus esset S. Franciscus Xaverius, deduxit ordinationem scriptam a S. Ignatio antequam S. Franciscus Xaverius Roma in Lusitaniam et Indiam missus esset (16 martii 1540) [3] ut dicit in his quae supra transcripsimus. In opusculo loquens de modestia dicit: *Merito ergo S. P. N. Ignatius initio sui in urbem ingressus scripserat ordinationem quae ex textu hispanico ita ad verbum redditur latine*: Minister Franciscus (*scilicet Xaverius*) ...

Lancicii opinioni opponitur quod Fr. Ioannes Paulus Borrell non est ingressus Societatem Iesu nisi an. 1543. In catalogo enim Romano an. 1574, qui est in cod. *Histor. Soc. 41*, dicitur illum 31 annos Societatis habere.

Aliquibus annis post invenimus in Domo Romana simul cum Fr. Ioanne Paulo, M. Franciscum (Marín), qui ministri officio fungebatur, et M. Alfonsum (Sánchez de Madrid), qui subminister erat. Franciscus Marín ingressus est Societatem initio anni 1552 [4], Alfonsus Sánchez de Madrid circa mensem septembrem an. 1553 translatus est ex Domo professa in collegium Romanum, ubi obiit

---

[1] In fol. 33*v* in marg. sinistro haec notata sunt ab archivi custode: *« De rebus S. Ignatii. / Scriptum P. Nicolai Lancicii / Missum Romam ad P. N.m Vincentium Carafam cum litteris eiusdem 2 Iulii 1647 » / Sequuntur signa collocationis*: A / XV. 6.

[2] Cf. MI, *Fontes narr.* I, 86*.

[3] Cf. Ibid. 37*, 298.

[4] Ibid. 556, ann. 8.

10 ianuarii 1555 [5]. Ioannes Paulus medio aprili 1553 Roma profectus est socius patris Nadal in collegiorum Hispaniae et Lusitaniae visitatione [6]. Ex quibus colligi potest tres illos simul habitasse in Domo Romana ab ineunte anno 1552 ad medium aprilem 1553, quo tempore ordinatio haec Sti. Ignatii scribi debuit.

†

IHS

[De aliorum defectibus observandis et corrigendis]

ORDINATIONES S. IGNATII.

El Ministro M. Francisco, el sottoministro M. Alfonso, el síndico Juan Paulo, se junten el lunes antes de cenar a una hora cierta a consultar entre ellos cerca la composición interior y exterior de todos.

Cerca interior en todas cosas donde se puede juzgar o presumir peccado, pues [1] no lo sepan en confessión o en secreto.

Cerca exterior en todas cosas donde se pueda presumir desedificación alguna, aora sea en palabras, agora en los gestos y meneos y otros actos.

Entre estos tres se consulte, cada uno diziendo lo que sabe de toda la semana passada (que lo debrán tener notado) y quál dellos será más a propósito para hazer la correctión al que ha errado, o para darle penitencia.

Cada uno destos tres tenga en su libro este officio, y quando alguno enfermasse o se fuesse, los dos sean obligados, dentro de dos dias, de informar al Superior para que el tercero se elija; y si los dos se fueren, el que queda haga el mismo officio para que siempre sean tres.

Después (todo esto publicando que lo sepan todos) tengan toda auctoridad y plenaria para usar de su officio.

En las cosas más graves, así como si uno (qualquiera que fuesse) dixesse palabra o palabras de injuria alguna, la qual será juzgada de los tres ya dichos, que haga penitencia de tres

---

3 Ordine di Nostro Padre Ignatio *C* || 9 sepan *in B* || 18 *Post* fuesse *notat P. Lancicius*: « hic videtur deesse aliquod verbum in meo originali ». *Re vera desunt verba*: dentro de — los dos. *Quae verba desunt etiam in C* || 21 sean *obscure exaratum in B*

---

[5] Cf. MI, *Epist.* III, 308; *Polanci Compl.*, II, 576, 579.

[6] Cf. *Epist. P. Nadal*, I, 146, 148; II, 17, 20, 30.

[1] Sic in tribus exemplis pro: *puesto que*, vel *con tal que*.

semanas, cada semana tres días comiendo y cenando a la tabla piccola, donde le den pan y vino y menestra, y no otra cosa alguna [2].

Alia manu. Nelli collegii si osservi il medesimo, et se constituiscano per tal effetto tre persone.

30-31 *In fine notat B*: Haec sola verba italice sunt scripta in meo exemplari.

[2] Similis paenitentia imponebatur in Regulis Modestiae. Cf. MI, *Fontes narr.* I, 541, et inferius MON. 101 (Textus hisp. [n° 13]).

REGULAE IN HISPANIA ET LUSITANIA A P. NADAL ANNIS 1553-1554 PROMULGATAE

Praefatio

Ineunte anno 1553 missus est a S. Ignatio P. Hieronymus Nadal in Hispaniam et Lusitaniam ut Constitutiones in illis regionibus publicaret, Societatis domos inviseret, easque ad similitudinem domuum romanarum, quantum fieri posset, ordinaret. Data est illi amplissima potestas cum facultate Regulas domibus hispanis et lusitanis accomodandi. P. Nadal per totum annum 1553 et partem anni 1554 in paeninsula iberica versatus est, et non nisi vergente iam ad finem anno 1554 Romam rediit. — Monumenta de hoc itinere hispanico Patris Nadal multa edita sunt in MHSI praecipue in *Epist. P. Nadal, I.*

Regularum hispanicarum quas ibi promulgavit, quatuor vel quinque exstant exempla in variis codicibus, quos supra in Praefatione descripsimus et initio regularum citamus. Textus regularum qui ad illum Româ missus est, ignotus manet; sed magna probabilitate dici potest esse illum qui remanet, si tolluntur regulae quas P. Nadal appellat « añadidas », quae videri possunt post regulas tam communes, quam singulorum officiorum. Ipse P. Nadal in suis Ephemeridibus autographis ad ann. 1553-54 haec scripsit: « Fuit in Hispania Natalis 16 menses: visitavit collegia omnia; Constitutiones promulgavit, ac declaravit in omnibus collegiis: regulas romanas illis collegiis accommodavit: nonnullas praeterea addidit, quae videbantur necessariae aut utiles futurae » [1].

His brevissime praefatis, accedamus ad singulas regulas edendas.

---

[1] Cf. MHSI, *Epist. P. Nadal*, II, 8. Documentum (*Patentes litterae*) quo P. Ignatius Patrem Nadal commissarium in Hispania et Lusitania creat, datum Romae 10 aprilis 1553, editum habes apud *Epist. P. Nadal*, I, 143-145 et apud MI, *Epist.* V, 7-8. Videnda quae de hac re scripsit Polancus, *Chron.* III, 439-440. In MI, *Epp.* V, 7-8 in annotatione, est longus catalogus aliorum documentorum Patri Natali profisciscenti datorum vel postea ad eundem missorum. Qui catalogus iam editus fuerat in *Polanci Chron.* III, 439, annot. 2. In MI, *Epist.* V, 9-19 editae sunt Instructiones Patri Nadal circa iter hispanum datae. De hac lustratione Provinciarum Hispaniae et Lusitaniae an. 1553-1554 facta consuli possunt inter auctores recentes: Astrain, *Historia* ... I², lib. 2°, cap. XX, pp. 629-637; F. Rodrigues, *História*, I, vol. II, liv. 1°, cap. VII, pp. 202-

MON. 71

SUMMARIUM CONSTITUTIONUM

Praefatio

In omnibus editionibus officialibus Regularum Societatis Iesu typis impressis semper primum locum obtinuit *Summarium Constitutionum S. Ignatii*, etsi non semper hunc titulum habuerit. Editio typis impressa Romae in aedibus Societatis Iesu anno 1560, habet in fronte: *Quaedam / ex Consti / tutionibvs cum / Regulis commv / nibvs / Societatis, / excerpta.* In prima vero pagina incipit: « *Quaedam ex constitutionibus excerpta, quae ab omnibus observari debent, Summa Sapientia et bonitas Dei Creatoris nostri* » etc. [1].

Eodem modo incipit *Summarium* in editione Romana anni 1567 et Neapolitana 1568.

In editione vero Romana anni 1580 ita mutatus est titulus: « Summarium earum Constitutionum, quae ad spiritualem nostrorum institutionem pertinent, et ab omnibus observandae sunt ». Textus vero ita incipit: « Quamvis summa Sapientia et bonitas Dei creatoris nostri ». Qui titulus retentus est ad nostra usque tempora, omisso in ultima edit. a. 1932 verbo *earum*.

Etiam in collectione Regularum quas P. Nadal annis 1553-1554 promulgavit, primum locum obtinet *Summarium Constitutionum*, sed alio titulo. In cod. *Instit. 1f*, titulus est: « Reglas sacadas del Examen y de la 3ª Parte de las Constitutiones ». — Et incipit: « La summa sapiencia y bondad de Dios nuestro criador y señor »... In cod. *Instit. 36* titulus est: « Reglas generales sacadas etc. [*ut in praeced.*] In cod. *Instit. 208* titulus est: « Reglas sacadas de las Constituciones ». Textus hispanus in omnibus his codicibus parum

---

237. Uterque auctor de regulis quas P. Nadal hoc tempore promulgavit pauca omnino scribit.

[1] Clari auctores recentiores, quos inter HERMAN, *La Pédagogie des Jésuites*, p. 19; FARRELL, *The Jesuit Code*, 221-222 et 254, nn. 16-20; DE DAINVILLE, *La naissance de l'Humanisme moderne*, I, 77; non attendentes ad initium Summarii Constitutionum in editionibus Patrum Lainez et Borgiae (« Summa Sapientia »), imaginati sunt certum codicem regularum circa studia a P. Mercuriano, generali, commendatum, qui incipiebat « Summa Sapientia ». Regulae vero a P. Mercuriano ita appellatae et commendatae, nihil aliud sunt nisi nostrum *Summarium Constitutionum*. Si attente considerentur loci a P. Farrell citati, apparebit omnes referri ad Summarium Constitutionum. Huius errorem correxit iam anno 1942 P. M. Barbera, in opere: *La ratio Studiorum e la parte quarta delle Costituzioni della Compagnia di Gesù*, p. 41, nota 19.

differt, ut ex apparatu critico videri potest. Neque multum differt a textu latino editionis anni 1560 et sequentium usque ad edit. anni 1580.

Itaque certo affirmari potest *Summarium* Constitutionum factum et promulgatum vivente adhuc Ignatio patre. Etiam versio latina Summarii facta est vivente Sto. Ignatio; eius vero textus non certo cognoscitur; fortasse parum differebat ab impresso an. 1560 [2].

Iuvat referre aliqua ex epistola patris Nadal ad S. Ignatium data Patavio 19 iulii 1555, quae dicta confirmant: « Las reglas que tienen las veo y emendo adonde me paresce, según me paresce en el Señor sçaber la mente de V. P. Las reglas que les dexo son, el examen de las constitutiones en latín, *las reglas generales sacadas del examen y de la 3ª parte de las Constitutiones, que nuestro Padre ha vistas. Estas también hizimos latinas en Vienna* ... » [3].

Summarium Constitutionum dicitur fuisse inter ea quae ineunte anno 1552 pater Andreas de Oviedo Roma Neapolim portavit [4]. Ille vero textus nobis ignotus est.

Quattuor apographa antiqua coaeva huius Summarii hispani novimus, quae *A*, *B*, *C*, *D* appellabimus secundum probabilem illorum antiquitatem.

A

Invenitur in cod. *Instit. 24a* (prius *Miscellanea de Regulis*, I) ff. 119*r*-127*v* (folia scripta sunt recenter in marg. infer.; in indice posito initio codicis totum documentum notatur nº 6).

In f. 119*r* sunt haec sola verba: « Reglas generales ».

In fol. 119*v* scripsit manu sua P. Nadal: « † Reglas generales / sacadas de las Constitutiones »; et manu diversa ab ea patris Nadal et a manu illius qui reliquum monumentum exscripsit, exaratae sunt quatuor primae paragraphi a verbis: « La summa sapientia » usque ad « guardarlas perfectamente ». Duo primae paragr. huc translatae sunt ex fol. 122*r* ubi sunt cancellatae. In fol. 120*r*, ubi prius incipiebat Summarium, deletus est titulus: « Reglas generales sacadas de / las constitutiones *ad verbum* ». Haec duo ultima verba solum ex aliquibus apicibus legi possunt, charta atramento exessa. Itaque prius Summarium incipiebat his verbis: « El modo de vivir de la Compañía es común en lo exterior por justos respectos ... ». Sunt in hoc ms. aliqua verba et paragraphi additae a patre Nadal, quae in aliis tribus exemplis sunt in textu. Duo additamenta longiora citare opus esse videtur. Ad finem paragraphi: « Qualquiera que la Compañía quiera seguir o ser en ella ... » post verbum « ordenasse » adiunxit p. Nadal 27

---

[2] Cf. MI, *Const*, III, pag. LVII.

[3] Cf. *Epp. P. Nadal*, I, 317. In contextu « nuestro Padre » est Pater Ignatius, unde apparet Summarium Constitutionum visum iam fuisse ab illo.

[4] Ita dicitur in cod. *Instit. 38a*, f. 87.

verba: « para que mejor se provea en todo — divina bondad ». Versus finem, post paragr.: « Y todos los que están en probación — la execución dellos », cancellavit integram paragraphum quae incipit: « Muestren todos el desseo y cuidado ... », quae in reliquis tribus exemplis deest, et in marg. scripsit paragr. quae incipit: « Algunas vezes entre el año — en el divino servitio »; quae invenitur in textu in aliis apographis. In fine cancellavit fol. et dimidium ubi erant res extractae ex parte 6ª Constitutionum circa paupertatem et oboedientiam, quae etiam desunt in aliis apographis. Unde secure concludi posse videtur apographum hoc, a patre Nadal correctum, esse archetypum ex quo alia exempla immediate vel mediate prodierunt. Quis vero fecit primum *excerptum* seu *extractum* a p. Nadal correctum? An ipse p. Nadal? Quamquam hoc suspicamur, non occurrunt nobis rationes vere probantes. Scriptum videtur ab aliquo scriba lusitano, qui tamen bene verba hispana scribit. Hoc etiam habet speciale hoc apographum quod aliquando paragraphos in multa cola et commata dividit. Sic, v. g. scribit: « Anse de holgar que toda su ánima le sea manifiesta enteramente

los deffectos
las penitencias
mortificationes
devotiones

y virtudes todas con pura voluntad de ser ... »; quam divisionem *C* partim retinuit; *B* et *D* neglexerunt.

Initio huius codicis *Instit.* 24*a*, ff. 3*r*-26*v*, est apographum alius compendii Examinis et aliquarum partium Constitutionum, quod ita incipit: « Extracto ad verbum del primero cap. del examen general, en el qual se tracta del Instituto de la Compª, y diversidad de personas en ella ». Postea ex omnibus fere capitibus Examinis, ex Prooemio Constitutionum, ex parte tertia, ex parte quarta et ex decima parte earumdem Constitutionum (non vero e quinta, sexta, septima, octava, nona) aliqua excerpuntur. Summarium nostrum, quamvis multo brevius, in his quae habet saepe omnino verbis etiam cum illis excerptis concordat. Ceterum ita esse deberet si vera sunt quae utrumque scriptum initio habebat: « Extracto *ad verbum* ex Examine ... »; « Reglas ... sacadas de las Constituciones ad verbum ». Fortasse tamen latiore sensu illud *ad verbum* sumendum est, quia aliquando auctor addit aliqua verba, quae non sunt in textibus Constitutionum, vel omittit verba quae in textibus adsunt. Textus Examinis et Constitutionum ex quibus tam nostrum Summarium, quam illud « Extracto ad verbum » decerpta sunt, est textus *A* et aliquando *B*, qualis erat ante primam congregationem generalem anno 1558 habitam. Hi textus videri possunt in MI, *Constit*, II, 2 sqq.; 260 sqq.

B

B invenitur in cod. *Instit.* 36, ff. 8*r*-15*r* (*prius* 5*r*-12*r* in marg. sup.). Titulus est: « Reglas / Generales sacadas del examen y / de la tercera parte de las Constituciones ». Videtur etiam ab amanuensi lusitano scriptus, licet verbum *Compañia* scribit semper *Companya*, ut solet scribi in regionibus Catalauniae et Valentiae in Hispania et alia habet magis hispana, quam lusitana. Ceterum textus sequitur apographum *A* post patris Nadal correctiones, etsi non omnes correctiones P. Nadal sunt

in textu *B* primitivo, sed aliquae additae postea. Fortasse correctiones P. Nadal in textu *A* non sunt omnes eodem tempore factae.

C

Invenitur in cod. *Instit. 218*, ff. 180*r*-188*r* (*prius* 1*r*-9*r*). Titulus est: « † Reglas sacadas de las Constituciones ». Procedit etiam ex Lusitania. Textus sequitur apographum *A* correctum a patre Nadal. Servavit etiam non pauca cola et commata exempli *A*.

D

Servatur in cod. *Instit. 1f*, ff. 92*r*-95*r* in marg. sup.

Habet hunc titulum: « † IHS. Reglas sacadas del Examen y de la 3ª parte de las Constituciones ». Etsi codex procedit ex Lusitania, amanuensis scribit saepe verba hispana modo magis usitato in Hispania, quam solent facere alii librarii lusitani. Textus idem fere est quem exhibet *A* post correctionem. Paucis in locis alia manus correxit textum vulgatum, vel addidit pauca verba, quae in apparatu notamus.

In f. 93*r* addidit verbum *primera*, ante *probación*, et mutavit verbum *ha* in *antes* ut textum accommodaret editioni romanae 1560. In f. 93*v* delevit verba: *spiritual edifficación y aiuda de los otros*, quibus substituit: *que del exemplo y spiritual conversación de los unos se edifiquen y ayuden los otros;* nescimus qua de causa. In f. 94*v* addidit in marg. aliqua quae amanuensis omiserat, In f. 95*r* add. *demasiada* post verbum *solicitud*, ut est in exemplo *A*. Apographum *D* minus accurate quam tria alia factum est. Duae paragraphi, ut in apparatu notamus, ex scribae negligentia omissae sunt, nec corrector erratum emendavit.

NB. — Non mirandum codices hos ex Lusitania procedere, quia circa annum 1561 iussi sunt Superiores lusitani Romam mittere quae pater Nadal ibi in prima visitatione reliquerat.

De modo editionis: Summarium *A* in multas paragraphos divisum est, et, ut diximus, paragraphi in cola et commata distincti. Ut aliquid ex hac divisione retineremus et spatio parceremus, virgula verticali cola et commata apographi *A* notamus. Paragraphi in manuscripto non habent numeros praefixos.

Praeter hanc formam Summarii Constitutionum, quae paucis mutatis adhuc viget, aliae antiquitus scriptae sunt, quae vel in usu non fuerunt, vel parum temporis durarunt. Tres citare expedit: itala quae invenitur manuscripta in cod. *Instit. 18a*, ff. 281-287*v*. Titulus in fol. 282*r* est: « Ihs. Instrutione cavata delle Constitutioni per quelli entrano et perseverano nella Compagnia ». Ordo diversus est a consueto. Alia forma itala est in cod. *Instit. 1e*, ff. 125-133*v*. Haec forma complures correctiones a P. Polanco factas habet et multum accedit ad latinam anno 1560 editam; et vel fuit illius praeparatio, vel secundum latinam correcta est. Tertia latina, facta ut videtur a Patre Polanco, saltem in multis locis ab ipso cor-

recta, et cuius complura exstant exempla manuscripta, hunc titulum habet in cod. *Instit. 18a*, f. 239*r*: « Jhus. Quae ex Constitutionibus communes sunt, et ab omnibus de Societate observandae, quibus et regulae admiscentur, sed ita ut discerni possit quid ad Constitutiones quid ad regulas pertineat ». Forma Summario a P. Nadal anno 1553 edito posterior est, quia regulas modestiae anno 1555 promulgatas, iam textui insertas habet.

In editione latina anni 1560 paragraphi sunt clare distinctae, litteris initialibus maiusculis, quamvis careant numeris praefixis. In codicibus hispanis est varietas in paragraphis dividendis. Sequimur exemplar *A*, sed ita numeros praeposuimus ut paragraphis latinae versionis, quantum fieri poterat, responderent.

Summarium: 1-3. *Deus qui Societatem fundavit et servat, quid a sociis exigat.* — 4. *Modus vivendi Societatis. Paenitentiae.* — 5. *Pecunia post ingressum non retinenda.* — 6. *Conversatio et commercium epistolare cum externis.* — 7-8. *Cognatorum amor in spiritualem convertendus.* — 9-10. *Defectuum manifestatio et correctio.* — 11. *Egressus e domo.* — 12-13. *Confessio et communio.* — 14. *Doctrina christiana discenda.* — 15. *Contionandi exercitatio.* — 16. *Victus ratio qualis pauperes decet.* — 17. *Officia humilia praediligenda et acceptanda.* — 18. *Officialibus humiliter oboediendum.* — 19-20. *In infirmitate quo pacto quisque se gerere debet.* — 21. *Paenitentiae impositae adimplendae.* — 22. *Conscientia integre superiori aperienda.* — 23. *Mundi spiritus spernendus, Christi vero amandus et induendus.* — 24-27. *Arcenda a sociis perfectionis obstacula; quae vero ad illam iuvant fovenda.* — 28-29. *Modestia, pax interior, humilitas, silentium. Dei imago in aliis consideranda.* — 30. *Corporalis refectio quomodo sumenda.* — 31. *Otium fugiendum.* — 32-33. *Paupertas sectanda.* — 34. *Illusiones cavendae, progressus in virtutibus quaerendus.* — 35. *Conscientiae examinatio diurna.* — 36. *Confessor stabilis.* — 37-39. *Tentationes confessori vel Superiori (a quibus se regi debent) aperiendae; et contrariis remediis praeveniendae.* — 40. *Paenitentiae quomodo subeundae.* — 41-42. *Opinionum diversitas fugienda, conformitas quaerenda, libri sine licentia non edendi.* — 43. *Tempus spiritualibus exercitiis tribuendum.* — 44. *De quibus rebus agi frequenter oporteat.* — 45. *Officia humiliora et caritativa exercenda.* — 46. *Liberalitas erga Deum.* — 47-48 *et oboedientia perfecta;* — 49-51 *et pura et recta intentio.* — 52. *Omnium praecipuum studium.* — 53. *Adhortatio hebdomadaria vel decimo quinto die.* — 54. *Qui in probatione sunt, haec monita legant.* — 55. *Paenitentiae sponte nonunquam petendae.* — 56-58. *Nimia sollicitudo circa corpus reprehensibilis, cura moderata laudabilis; quid in hac re agendum.* — 59-61. *Exercitia mentalia et corporis castigatio ne sint indiscreta.* — 62. *Conservatio rerum temporalium.*

†

IHS

[f. 119v] REGLAS GENERALES SACADAS DE LAS CONSTITUTIONES

. [1] La summa sapientia y bondad de Dios nuestro Criador y Señor es la que ha de conservar, regir y llevar adelante en su sancto servitio esta mínima Compañía de Jesú, como se dignó començarla [1]. (1)

[2] Y, de parte de la Compañía, más que ninguna exterior constitutión ha de aiudar para ello la interior ley de su charidad y amor, que el Spíritu Santo scrive y imprime en los coraçones [2]. (1)

Sub titulo *Reglas del corrector* inveniuntur in exemplis *B, C, D* aliquae regulae pro eo qui scholasticorum culpas corrigere debebat. Editae sunt ex exemplo *C* in *Monum. Paedagogica*, n. 70 (p. 643), non indicato compositionis tempore. Ex hoc opere eas in linguam anglicam vertit P. Farrell, in *The Jesuit Code of liberal Education*, p. 88, nota 26, falso existimans illas an. 1561, 1562 scriptas. Esse an. 1553-1554 patet ex loco quo in codicibus inveniuntur inter documenta primae visitationis hispanicae Patris Nadal. Notandum praeterea (id quod nostrum assertum corroborat) illas ad litteram inveniri in regulis scholarum externarum *quoad mores*, ut videri potest in MON. 98 A postquam dicitur magistros Societatis Iesu non debere sua manu scholares punire. De poenis corporalibus illis temporibus impositis vide quae breviter ibidem in annotatione secunda diximus.

Variantes lectiones fere nullae sunt, nisi quod pro verbo *escolares* quod habet exemplum *B*, ibi ponitur *studiantes* ex exemplo *C*.

166 el] lo *B* || 169 comencarán *del.in C,et sup.lin.* acabarán, *omissis vv.* tres horas || 176 razón] rezón *B* || 177 Rector] Rhector, *corr.ex* Rhetor *B*.

Reglas del corrector

Summarium: 1-2. *Qua ratione et quot ictibus alumnos punire debeat, etiam in extraordinariis defectibus;* — 3. *conventibus alumnorum adsit;* — 4-5. *gravitatem cum omnibus servet, munera ab scholaribus ne accipiat;* — 6-7. *magistris et rectori oboediat; integer homo et boni exempli sit.*

1. Castigue a los escolares no por su voluntad o juizio sino por solo el orden del regente de aquella classe o del rector para todos.

2. Los açotes por culpas ordinarias sean seys, y no exceda de ocho.

Las culpas extraordinarias sean castigadas con juizio de regente o rector.

3. Sea presente no solo al tiempo de las lectiones, mas aun al tiempo de la missa y de las prédicas, y de todas las congregaciones que se harán de escolares; y sea obligado venir antes de las lectiones al tiempo que suelen començar a congregarse los escolares para contenerlos en quietud.

4. Serve gravedad con todos.

5. No tome presentes de los escolares ni tenga familiaridad con ellos, de manera que le pueda impedir la libertad que ha de tener en castigarlos.

6. Tenga obediencia a los regentes y rector teniendo por bien todo lo que le ordenaren tocante a su officio.

7. Sea hombre de integridad y buen exemplo.

Laus Deo.

Mon. 99

SUPERINTENDENS COLLEGII ROMANI (1554?)

Praefatio

Hoc officium superintendentis collegii Romani invenitur scriptum manu patris Polanco in cod. *Instit. 187* (prius *Instruct. 1*), f. 80*r* in marg. infer. (*prius* 62, in sup.) collocatum ante regulas latinas collegii Romani anni 1551. Ex hac tamen collocatione non potest colligi quonam tempore scriptum sit, quia in hoc codice documenta sine ullo temporis ordine posita sunt. Non videtur tamen improbabile illud pertinere ad tempus quo munus hoc superinten-

dentis primum in collegio exerceri coepit. Diximus iam superius primum Rectorem collegii anno 1551 fuisse P. Ioannem Pelletarium [1]; huic eodem anno successit P. Quintinus Charlat (Scherlat) usque ad Pascha fere 1554 [2]; cui in Belgium proficiscenti successit P. Oliverius Manareus [3]; huic vero mense novembri eiusdem anni ad collegium lauretanum fundandum destinato, successit P. Sebastianus Romei [4], qui per multos annos collegium rexit. Numquam itaque ab initio collegii ad annum 1556 rectore ordinario collegium caruit. Legimus tamen in Ephemeride Theodorici Gerardi ad annum 1556, quando loquitur de morte patris Martini Olave, inter alia: « Anno 1554 coepit collegio romano praeesse, in quo mirabiliter studia Societatis per tres annos promovit ... » [5]. Cum vero, ut diximus, nunquam defuerit rector ordinarius, debemus intelligere patrem Olavem non ut rectorem, sed alio titulo collegium rexisse. Et vero in alia Ephemeride dicitur: « A 17 d'Agosto 1556 in Roma passò di questa vita presente, il P. doctor Olave, *soprastante* del collegio di Roma ... » [6]. Officium superintendentis diversum erat ab officio rectoris, cui etiam superintendere debebat, ut ex ipsis primis verbis documenti apparet [7]. Aliud officium superintendentis, multo hoc Polanci longius, scripsit P. Nadal, quando anno 1561, 1562 collegiorum Hispaniae et Lusitaniae visitator fuit, quodque latine editum est [8]. Ex lectione huius redactionis patris Nadal facile intelligitur, illud officium Rectoribus collegiorum odiosum futurum fuisse.

Munus superintendentis, ut munus ordinarium, a Congregatione Generali secunda an. 1565, decr. 86, improbatum est [9]. Tamen anno 1567 Stus. Franciscus Borgia Regulas Superintendentis edidit, in quibus non pauca, quae Polancus scripsit, retinuit; speciali attentione expresse posita, ne Rectoris auctoritas minueretur. Conti-

---

[1] Vide superius MON. 63: *Regulae Collegii Romani.*

[2] Cf. *Polanci Compl.* II, 576, 589 (*Ephemerides Theodorici Gerardi*), ad 6 Sept.

[3] Ibid. 578 (ad 26 novembris).

[4] Ibid.

[5] Ibid. 588.

[6] Ibid. 585 in annot. 7.

[7] Non igitur satis accurate P. J. Malaxechevarria in opere, *Martin de Olave*, p. 235 dicit: « designóse *Rector* o *Superintendente* de la nueva comunidad [Colegio Romano] al mismo P. Olabe, que ya estaba designado para profesor de Teología y Prefecto de estudios ». Nihilque dicit de rectoribus qui certe sub illo collegium rexerunt.

[8] *Epist. P. Nadal*, IV, 425-432.

[9] En decreti verba: « Non videtur officium Superintendentis vel nomen usurpandum in Societate, nisi pro arbitrio R. P. Generalis necessitas vel magnitudo collegii utrumque postulaverit; neque enim nomen tantum retinendum est ». Cf. *Instit. Soc. Iesu* (Florentiae 1893) II, p. 210.

nentur hae Regulae quinque paragraphis in editione Regularum Romana anni 1567 et Neapolitana 1568. In editione vero Regularum romana anni 1580 et in subsequentibus non amplius inveniuntur. Superintendentis officium seu munus confundi non debet cum officio Collateralis, de quo in Constitutionibus Societatis, praecipue part. VIII, cap. I, decl. D, longe agitur.

Hoc officium superintendentis editum iam est in MI, *Epp.* XII, pp. 654-656 (Append. sexta, n. 4). Ibi apponitur data dubia an. 1551. Ob rationes superius expositas videtur nobis probabilius illud ad an. 1554 pertinere.

†

JHS

L'officio del Soprastante del collegio de Roma hor stia in quello, hor nella casa.

Summarium: 1-6. *Eius officia erga superiorem, officiales, magistros, scholasticos, coadiutores atque externos;* — 7. *videat num studium alicui noceat, vel aliquis sit ad studia inutilis;* — 8. *observet quinam sint ad docendum apti;* — 9. *nullus admittatur in collegium, neque ex eo dimittatur, neve designetur aut deponatur magister, inscio Patre praeposito; quod idem de publicis disputationibus et lectionum initio intelligendum est.*

P^e^. Adverta come fa l'officio suo il Rector et come lo fa far alli altri scilicet ministro, sotoministro, prefecto de studi, et altri officiali, et sapia l'offici de tutti, per veder se manchano, benchè non facilmente ordini cosa alcuna immediatamente, anzi per mezo del Rector, per non debilitar l'autorità d'esso.

2° S'osservassi ch'alcune regole o ordinationi dovessino aggiongersi o levarsi o moderarsi, avisi il p^e^ Preposito, et sanza sua saputa et ordine non permetta novità alcuna in cose simili.

3° Attenda alli Mastri de tutte le facoltà, et s'informi come fano l'officio suo con li scholari. Et se li parerà, alcuna volta potrà sentirli, mo uno, mo altro, o far che li senta alcuno de cui giudicio si fidi, e li referisca.

4° Habbia una lista de tutti li scholari, et coadiutori et osservi, et si facia informare, come la fano, nel spiritu, costumi et lettere et sanità, et la comodità che tengono delle cose opportune per dette cose.

---

4 come² *sup. lin.* || 5 altri *del.* come || 8-9 per non — d'esso *add.inter lin.* || 18 spiritu *post correct.* || 20 per *del.* tale effetto.

5° Habbia etiam cura d'intendere la gente que viene de fuora al collegio et come s'aiuta nelli costumi et lettere.

6° Referisca alla giornata al p^e proposito le cose che ricercano breve provisione, et ogni settimana in alcun giorno deputato dica in particolare se c'è cosa alcuna, o almeno in genere come vanno le cose quanto alli officiali, mastri, scholari, et coadiutori, et forastieri.

7° Specialmente osservi et referisca al p^e proposito, s'alcuno delli collegiali vederà che il studio li faccia danno alli costumi, per rimediarlo, et s'alcuno perde tempo nelle lettere, per non essere atto a quello, o non a tali quali studia, acciò si proveda che s'occupi in cose dove più si serva de lui Dio N. S.

8° Osservi etiam o s'informi bene, et referisca al p^e chi è atto per insegnar de quelli che finiscono li studi d'humane lettere, o delle arti o della theologia, o nel medessimo collegio o in altri.

9° Non permetta nè si accetti nel collegio o si levi di quello persona alcuna, nè si meta maestro in classe alcuna o si levi, sanza saputa del p^e preposito, et delle dispute et atti publici et principii de lectioni, s'intenda il medesimo.

MON. 100

REGULAE HIS QUI RECREATIONIS CAUSA AD VILLAM SEU VINEAM MITTUNTUR

Praefatio

Ineunte anno 1555 S. Ignatius vineam in monte Aventino, non longe a templo Stae. Balbinae sacro, et prope ruinas thermarum Ant. Caracallae, emit, in eaque domum aedificavit, ut scholastici collegii Romani ibi, in loco tranquillo, a studiorum contentione requiescere et vires reficere possent. Apographum scripturae emptionis-venditionis, factae die 10 ianuarii 1555, invenitur in Archivo Soc. Iesu romano, cod. *Rom. 151*, f. 35 sqq. Vineam nomine collegii romani emit eius procurator Doctor Ioannes de Sandoval. Venditor appellatur « splis. [spectabilis] vir d. Alexander Franci de

23 *In ms.paragr.6° cum suo numero scripta est ante paragr.5* | proposito] preposito *MI* || 24-25 deputato *del.* tratti con lui, dica || 25 dica in particolare *sup.lin.* || 27 forastieri *del.* quanto basta || 28 proposito] preposito *MI* || 29 delli collegiali *sup.lin.* || 32 più *del.* s'aiuti || 33 al p^e *sup.lin.* || 35 nel *sup. lin.*, deleto per il || 36 in *sup.lin.,del.* per || 38 maestro *del* ordinario | in clase alcuna *sup.lin.* || 40 principii *corr.ex* principio.

Fulgineo », qui, secundum P. Nadal, hebraeus erat [1]. Pretium: trecenti ducati aurei (*d'oro in oro*). De domo ibi aedificata, P. Polanco (ad an. 1555) dicit: « Vinea etiam in Aventino empta est. Domus ampla ad collegialium recreationem et exercitationem ex praescripto P. Ignatii coepta est; cui operi praefecit P. Madridium, qui nondum Societati se dederat » [2]. P. Lancicius, ineunte saeculo XVII, dicit eam vulgo vocari « Balbinam », eamque cum villis principum comparat [3]. Domus adhuc exstat, et a fratribus franciscanis conventualibus possidetur. Non apparent iam picturarum vestigia, quarum meminit Lancicius; e praesenti statu concludi potest illud nobile aedificium fuisse. Cubiculum ubi habitare solebat S. Ignatius, in altiore parte Domus, in sacellum postea mutatum est, et adhuc ut sacellum adhibetur. In muris eius apparent depinctae posteriore tempore imagines Sti. Francisci Xaverii, S. Francisci Borgiae, SS. Aloysii et Stanislai. In quodam opere manuscripto fratris Antonii Presutti, saec. XVI-XVII [4] ad modum Diarii scripto, in fol. 36 dicitur: « L'anno del Signore 1605, il primo di Agosto, di lunedì, li nostri del collegio andorno alla Balbina a dir delle messe a la camera del B. P. Ignatio, ora fatta cappella, et fu giorno di recreatione. Il martedì andorno quelli di santo Andrea ». Multa collegia Societatis Iesu collegium Romanum in hoc imitata sunt, ut vacationem hebdomadariam in aliquo praedio vicino transigerent, nec vacat nunc illa recensere. Suas etiam regulas, plus minus his similes, sibi fecerunt; neque enim regulae hae, a Sto. Ignatio dictatae, omnibus collegiis impositae sunt, sed libertas ad illas tempori et opportunitati accommodandas relicta est. Leges quibus vacationes in praedio collegii parisiensis anno 1587 ordinari debebant, videri possunt in *Monum. Paedag.* 732-736. Leges servandae in collegio Villagarciae in Hispania saec. XVIII, vide apud *Prácticas de Villagarcía*, cap. 28. Consilium hoc mittendi scholasticos in villam vel praedium in mentem Patri Ignatio venire potuit ex usu collegiorum parisiensium, praecipue collegii Montisacuti, ubi aliquandiu ille studiis vacavit [5].

Hae Regulae editae fuerunt apud MHSI, MI, *Scripta*, I, 240, ubi per distractionem dicuntur scriptae manu Ferronii, qui obierat exeunte a. 1548 (!), et iterum in vol. *Fontes narr.* I, 634-635; eas tamen hic denuo edere visum est, ut omnes Sti. Ignatii regulae

[1] Cf. *Epp. P. Nadal*, II, 32.

[2] *Chron.* V, 22.

[3] Cf. MI, *Scripta*, I, 500.

[4] *Memorie de la Compagnia in Roma.* Cod. *Rom.* 204.

[5] Cf. M. Godet, *La Congrégation de Montaigu*, p. 57. Villa collegii Montisacuti erat in pago Wissous, parum ab urbe Parisii distante. De scholasticis pauperibus dicitur in cap. IX constitutionum collegii: « Nec regulariter vadant cum divitibus ad recreationes campestrales, sed quando convenire videbitur et opportunum ». Ibid. p. 161.

simul haberi possint.De illarum origine vide *Fontes narr.* I, 633. Apographum ut in manuscripto est edimus, quamvis orthographia saepe parum recta sit, nec sibi constans.

Habentur manuscr. in *Instit. 187* (prius *Instruct. I*) f. 21*r-v* (prius 12). Est folium solutum, magnis et pulchris litteris scriptum, et fortasse illud ipsum quod, tempore Sti. Ignatii, in aliquo publico loco, ut euntes in vineam illud legere possent, apponebatur.

†

IHS.

REGOLE CHE DEVONO OSSERVARE QUELLI CHE VANNO ALLA VIGNA

1. Nissuno vadi alla Vigna senza licentia del Padre Rector, o vero de chi haverà il suo luogo.

2. Nissuno mangi o tocchi uve o altri fructi, si non chi haverà detta licentia.

3. Nissuno mangi più uve o fructi, che quanto li serà concesso per la obedientia, acciochè per il disordine non s'habbia d'amalar nissuno.

4. Nissuno lassi la veste per la vigna, ma in luogo che sarà deputato.

5. Nissuno entri in la cucina senza licenza del cuoco, o de chi havrà la cura.

6. Non si giochi in la vigna altro gioco, che alle piastrelle [1], o cantare.

7. Nè li giocatori nè altro se appogie alle spalliere, nè li hurti, nè metta, nè entri sopra d'esse.

8. Nissuno toglia rami delle vite o alberi, o faccia segni in essi.

9. Nissuno giochi alle piastrelle [2] nelli viali piccoli, che traversano il largo della vigna.

10. Il Padre Rector faccia un Sindico, il quale, ogni volta che se va alla vigna, habbia cura di dare le piastrelle; et quando haveranno finito di giocare, contarle et riportarle nella sporta, che per questo starrà a posta.

---

[1] *Piastrelle* in lingua italica dicuntur parvae petrae planae, quibus pueri ludunt; sed S. Ignatius voluit illas ferreas cum foramine in medio, ut possent melius conici. Quomodo earum typum ipse Ignatius in cera effinxerit narrat Ludovicus Gonzalez in suo *Memoriali*, n. 173. Cf. MI, *Fontes narr. I*, 633. In eo ludo « ci è essercicio delli braci et quasi tutto il corpo » scribebatur 8 iunii 1555 Patri rectori collegii mutinensis. Cf. MI. *Epistolae*, IX, 120-121.

[2] piastrelli *ms.*

11. Ogni uno habbia cura di portare la piastrella con che ha giocato, alla porta della casa, et consegnarla al sindico.

12. Ogni uno debbia lassare il giocho o canto, quando il Sindico li chiama per tornare a casa, o perchè farà troppo caldo, o troppo vento in la invernata, o per altra causa che lui giudicarà convenire.

13. Nissuno faccia righe o altri segni in li muri della casa et stanze, nè di dentro, nè di fuora.

14. Nissuno butti niente dentro il pozzo.

15. Nissuno meni alla vigna forastieri, senza licentia del P^e^. M. Ignatio.

16. Si facciano sindici per far servare queste regole, et per far che sia ordine tra li scolari nella vigna; et che quando vanno alla vigna, sempre sia alcuno che sia Superiore, o vero habia luogo di Superiore, in tanto che ritornaranno alla casa, al quale debbianno tutti ubedire, etc.

Mon. 101 A, B, C.

REGULAE MODESTIAE (1555)

Praefatio

Ita dicuntur quaedam normae a Sto. Ignatio compositae circa exteriorem suorum alumnorum compositionem. Duplici parte constant, brevi praeambulo seu praefatione, qua exprimitur spiritus quo omnes externae actiones, publicae praesertim, informari debent; et eiusdem applicatione ad aliquos casus particulares. Prima pars maioris momenti est, et servari semper debet. Casus quibus norma illa applicatur, augeri vel minui possunt, atque etiam variare, secundum diversos populorum mores. Spiritus modestiae, humilitatis et maturitatis religiosae, ad aliorum spiritualem aedificationem intentus, has normas Sti. Ignatii ab aliis regulis bonae educationis distinguit.

Stus. Ignatus has regulas iam scripserat ante diem 26 ianuarii 1555, quia ad illum diem scribit Ludovicus Gonzalez in suo Memoriali Patrem Ignatium iniunxisse, ut in usum domus romanae inducerentur [1]. Cum vero, ut videtur, negligenter observarentur, eas sollemniter publicari fecit mense augusto eiusdem anni per P. Ribadeneira in collegio Romano, et per P. Lainez in domo professa, et ita quidem ut omnes socii, nullo exempto, explicationi et

[1] Cf. MI, *Fontes narr.*, I, 539-540.

exhortationi Patris Laínez interessent [2]. Ribadeneira, qui haec narrat, non dicit quo idiomate ipse et Pater Laínez regulas promulgarint; quamvis obvium et verisimile videtur eas in collegio romano latine, in domo italice promulgatas esse. Patrem Ignatium eas lingua hispanica scripsisse, etiam verisimile nobis videtur, quia hac lingua in suis scriptis uti solebat. Autographum harum regularum invenire non valuimus. Exstat apographum italum satis antiquum in cod. *Ci*, f. 66 [3]. Sunt complura apographa coaeva hispana in archivo Societatis Iesu romano, et unum in bibliotheca nationali urbis Florentiae. Sunt etiam aliqua exempla apographa latina antiqua. De omnibus exemplis antiquis breviter dicemus. Publicatio oralis regularum fortasse in textuum diversitatem influxum habuit.

Textus hispanus

Textus hispani *quinque apographa antiqua novimus*:

(*F*) *Florentinum*, inter manuscripta bibliothecae nationalis urbis Florentiae (Firenze, Biblioteca Nazionale, Mss. Magliabecchiani) Ms. XXXVIII, 9. 26, p. 71, cuius habemus imagines photographicas. Codex in quo hic textus hispanus regularum modestiae invenitur, breviter descriptus fuit in MI [4]. Aetas apographi ignoratur, sed characteres litterarum omnino similes sunt his quibus Romae tempore Sti. Ignatii, aut illi proximo, alia non pauca scripta sunt. Apographum prodit scribam non multum sollertem; lingua tamen pura hispana est.

(*G*) *Granatensis*. Invenitur in cod. *Instit. 187* (*prius* Instruct. I) f. 258. Partem efformare videtur cuiusdam quinterni magnitudinis multo minoris, quam fol. quae praecedunt et quae subsequuntur. Hoc quinternum, diversis scriptum manibus, continet: a) *Instrucción para la Casa de Probación, hecha por el P^e. D. Plaça, la qual approbaron en Roma;* b) Responsa primae congregationis generalis circa collegium gandiense et circa tempus orationi tribuendum, iuxta statutum in Congregatione prima; c) Casus reservatos a P. Lainio statutos; d) REGLAS DE LA MODESTIA; e)Septem regulas seu sententias Patris Ignatii: Numquam contradicas etc. » [5]. In ultimo fol. verso scriptum est: *Ihs. El orden que se tiene en Alcalá, y algunas cosas de la casa de probación, sacadas del P^e. Plaça y del P^e. Cordeses.* Scriptum videtur post primam Congregationem generalem (1558) et ante secundam (1565), et procedere ex novitiatu granatensi sub Patre Plaza. Verbis aliquantulum differt a *Florentino;* sed lingua est etiam pura hispana.

In florentino exemplo titulus est: *Lo que deven observar los hermanos de la Comp^a. de Jesús en el caminar en público etc.* In exemplo (G) granatensi titulus est *Reglas de la modestia;* et quod est titulus in exemplo florentino, efformat partem primae paragraphi, ut in aliis exemplis

---

[2] Cf. MI, *Scripta*, I, 366-367.

[3] Codex hic ad Periodicum *La Civiltà Cattolica* pertinet. Vide superius codicum descriptionem.

[4] MI, *Epp.* I, 56. (Cod. 59 = Florent. II).

[5] Editae in MI, *Epp.* XII, 680.

ubi titulus est *Reglas de la modestia;* melius tamen secundum sensum et grammaticam fuisset retinere illa verba, saltem ut secundum titulum.

(*L*[1], *L*[2], *L*[3] Lusitana) sunt tria exempla hispanice quidem scripta, sed quae ex Lusitania procedunt, ut lusitanismi manifestant. Servantur praeterea in codicibus in quibus sunt multa alia, ad visitationem Lusitanam patris Nadal pertinentia.

L[1] invenitur in cod. *Instit. 220,* ff. 19*r*-20*r*) (*prius* 23*r*-24*r*); *L*[2] est in codice *Instit. 24a,* ff. 108*r-v; L*[3] in eodem codice f. 167*r-v* (*prius* 177). Tria haec apographa ita inter se concordant, ut ea ab uno stipite procedere facile appareat. Illud etiam notandum videtur, in his tribus apographis regulas modestiae non esse solas, sed simul cum illis regulis quas nos edimus in Mon. seq. sub titulo *Regularum modestiae complementum.*

Dabimus textum *G*, cum lectionibus variis praecipuis aliorum. Ceterum textus *L* iam editus est in MI, *Fontes narr.* I, 540-541, in annotatione.

Textus latinus.

Textus latini Regularum modestiae, antequam definitivam formam in editione romana anni 1580 acceperit, complura sunt exempla manuscripta, imo complures redactiones, non parum verbis inter se diversae. Quatuor redactiones distingui possunt:

(*M = Monacensis*) in cod. *Instit. 186 b,* fol. 4, characteribus germanicis scripta, quae videtur procedere ex collegio monacensi (München) in Germania, ex visitatione patris Nadal an. 1562-1563, quando rector illius collegii erat P. Theodoricus Canisius. Est versio latina redactionis hispanae *L*. Aliud exemplar huius redactionis invenitur in cod. *Instit. 223,* f. 76*r-v* (*prius* 83*r-v*).

(*M*[2]). Est exemplum quod exstat in citato cod. *Instit. 186* b, f. 7, cum quibusdam correctionibus et mutationibus a patre Nadal factis, ut regulae collegialibus convictoribus non de Societate accomodari possent. P. Nadal scripsit in parte superiore fol. 7. *P. Theodorici.*

(*P., P*[2], *P*[3]) est versio a Patre Polanco in aliquibus locis correcta, quam ille inseruit in quadam Epitome Instituti Societatis Iesu ab ipso facta, et cuius tria exempla paululum diversa sunt in cod. *Instit. 18a,* ff. 239-253; 254-264*v;* 268-279*v* [6].

(*R*) est versio inserta in *Regulis generalibus collegii Romani,* paragraphis XXXII-XLII, quarum regularum est exemplum datum kalendis ianuarii 1560 in parvo codice *Rom. 203;* et aliud in cod. *Instit. 208,* ff. 92-98.

Sententiae et sententiarum ordo in his redactionibus generatim eadem sunt, sed verba sunt valde inter se diversa, ita ut non possint ab una sola versione vel exemplo latino procedere. Quod ut legenti appareat, exscribemus regulam de modestia in oculis servanda.

---

[6] Opusculum hoc ineditum patris Polanco hunc habet titulum: «*Jesus. Quae ex Constitutionibus communes sunt, et ab omnibus de Societate observandae, quibus etiam regulae admiscentur, sed ita ut discerni possit, quid ad Constitutiones quid ad regulas pertineat.*» Praeter apographa in textu citata, est aliud in cod. *Instit. 220,* ff. 30-50 (*prius* 45-56).

M. « Oculi etiam habeantur fere inclinati, neque immodice leventur, vel ad unam vel aliam partem vertantur; neque cum loquuntur cum personis gravibus, aspiciant in eorum vultum fixe, sed inferius quam ad vultum, ut plurimum ».

M². « Oculos plerumque servent demissos, non volvendo in hanc vel illam partem; loquendo autem eis personis, quibus singularis honor debetur, non intueantur illas fixis oculis in faciem, sed potius communiter subtus vultum ».

P. « Oculos demissos (ut plurimum) teneant. Nec valde eos elevando, nec in hanc vel illam partem circumflectendo; qui autem loquitur cum aliis, praesertim personis gravioribus, ne figat recta intuitum in eius [*alias* eorum] oculos, sed sepius infra eos » [*prius*, sed potius sub eis].

R. « Oculi ut plurimum sint demissi, neque conversi in hanc aut illam partem; ac tunc maxime cum erit sermo cum veneranda aliqua persona, in eius vultum non figantur, sed, ut plurimum, aliquanto inferius ».

Ut in apparatu omnes hae variae lectiones notarentur, necessarium esset quatuor textus transcribere, quod minoris momenti videtur. Sufficiet redactionem *R*, quae antiquior forte est, dare; et ex aliis annotare variata maioris momenti, ut additiones, omissiones, et si quae alia sint quae sensum mutent.

Textus italus.

Huius textus apographum manu scriptum circa an. 1561-62 est in cod. *Ci*, ff. 66*r*-67*v*. In hoc exemplo, post parvam praefationem, duodecim paragraphi sunt, numeris arabicis signatae. Orthographia non raro differt ab hodierna. Regulae generatim cum hispanis concordant *F*, *G*. In cod. *Rom.* 177 (Liber Mag. noviciorum a. 1572) est aliud apographum manuscriptum regularum modestiae, f. 14*r-v* (*B*). In opusculo *Regole della Compagnia di Gesù* (Roma, 1617) sunt *Regole della modestia*, quae re conveniunt cum his manuscriptis, sed verbis satis differunt. Mutatio maioris momenti facta est in loco ubi agitur de portanda veste exteriore, ut in apparatu videri potest. Ceterum editio itala anni 1617 sequitur editionem latinam anni 1580 et sequentium.

De modestia sub titulis *De disciplina servanda in gestu, in locutione, in mensa* etc. multa bene scripta invenies apud Hugonem de Sto. Victore in libro de *Institutione novitiorum*, cap. 11-21; et et in opere *Speculum disciplinae*, olim Sto. Bonaventurae adiudicato cap. 19-32; et in *Instructionibus* Patris Fr. Umberti de Romanis O. P., in cap. V *De officio Magistri noviciorum*, cum agit quomodo instituendi sint novicii « Quoad membra sua », « Quo ad vestes », « circa refectorium », « circa locutorium » etc.

Mon. 101 A.

Reglas de la Modestia

Lo que deven observar los Hermanos de la Compañia en el andar en público [1], en general se puede dezir brevemente que en todo el hombre exterior se vea una modestia y humildad y religiosa madureza y buen exemplo y edificación a todos los que pornán en ellos los ojos; y viniendo a lo particular, se guardarán las cosas siguientes.

1. Primero. La cabeça no se vuelva ligeramente a una parte y a otra, antes con madureza, quando se ha de hazer; y quando no, se trayga derecha, con una moderata inclinación del cuello hazia la parte anterior, sin declinación a un lado ni otro [2].

2. Los ojos se tengan commúnmente baxos, sin alçarlos mucho, ni girarlos mucho a una parte y otra; y hablando con alguno, special si es persona de respecto, no se ternán fixos en su rostro, antes baxos commúnmente.

---

1. *Deest hic titulus in F* || 2 Lo que] Aquello que *L* | observar] guardar *L* | Compañía de Jesús *F* || 3 andar] caminar *F* | en *om.L* | brevemente dezir *F* | *Post* brevemente *L*[1] *del.* de nros. Hermanos || 4 una *deest in F* la *L* || 5 y madureza religiosa *F* humildad religiosa *L* | y buen exemplo] manera de buen exemplo *L* || 6 pornán en ellos los ojos] los miraren *F* le veen *L* | a lo] en *F* || 7 guardarán] guarden *FL* | las cosas] los *et om.* cosas *F* || 8 1. Primero *om.FL et omnes numeros ante parayraphos* | vuelva] mueva *F* No vuelven la cabeça *L*[1], *L*[2] No vuelva la cabeça *L*[3] || 9 y a] ni a *F* | antes con madureza, quando se ha de hazer] antes con madureza se haga esto, quando acontesca haverse de hazer *F* antes con madureça y alegria, quando cumpliesse *L* || 10 y quando no] y de otra manera *F* y quando no fuesse necessaria *L* | se trayga derecha] se tenga derecha *F* se tenga *L* [*om.* derecha] || 10-12 con una — ni otro] con moderada inclinación del pescuesso o hazia delante y no a una parte ni a otra *F* con moderada inclinación del pescuesso para la parte de delante, ni a una parte ni a otra *L* || 13-14 alçarlos mucho] mucho alçarlos *FL* | girarlos mucho] volverlos *FL* || 14 a una parte ni a otra *FL* || 14-16 y hablando — comúnmente] y hablando con personas principales, no les miren de hitto el rostro, antes comúnmente debaxo, como es en los pechos *F* hablando, máxime con personas de respecto, no miren fixamente al rostro de los tales, antes abaxo del rostro *L*.

---

1 In exemplo *F*, verba « Lo que deven — en público » ponuntur ad modum tituli; sed in aliis exemplis hispanis, latinis, italis, haec verba ponuntur ut pars introductionis, quod grammaticam reddit difficiliorem. Notandum etiam parvam introductionem in quampluribus exemplis, etiam in latino authentico, numero 1 praefixo notari, unde numerus paragraphorum variat in diversis exemplis.

2 Facile hic defectus contrahi potest; unde in Italia per derisionem hi homines dicebantur *torcicolli, torticolli, collitorti.*

3. Hazer arrugas en la frente se ha de evitar, y mucho más en las narizes, procurando traer una serenidad en el rostro, que muestre la que ay en el ánima.

4. Los labios no se traygan mucho apretados, ni abiertos.

5. Todo el rostro muestre antes alegría que tristeza, o otro affecto inordinato.

6. La veste[3] de encima cubra todo lo que está debaxo, en modo que solo se vea la parte superior del cuello.

7. Todas las ropas y paños se traygan limpios.

8. Las manos, quando no se occupan en alçar la veste, se traygan en modo decente y quieto.

9. El andar sea sin notable priessa, antes moderato, si la necessidad no fuesse urgente; y entonces se servará el decoro, quanto se podrá.

10. Todos los gestos y miramientos sean tales, que muestren humildad, y muevan a devoción a los que miraren en ellos.

11. Quando salieren fuera de casa, vayan de dos en dos, o tres.

12. Quando acaeciere hablar, se tenga cuenta con la modestia y edificación en lo que se habla y en el modo.

---

17 Débense de evitar las rugas de la frente, y máxime de la nariz *F* Las rugas en la fruente [frente L^3] se deven evitar, y mucho más en la nariz *L* || 18-19 procurando — ánima] para que se vea serenidad de fuera, la qual muestra la que de dentro se tiene *F* para que la sinceridad (!) de fuera muestre lo que tiene de dentro *L* la que tienen de dentro L^2 || 20 Los labios que no estén demasiado serrados ni abiertos *F* Los labios no [ni L^2] mucho cerrados ni mucho abiertos *L* || 21-22 y en el rostro muestre siempre un alegria modesta antes que tristeza o otro affecto menos ordinario (!) *F* Toda la chara o vulto [vultu L^2 L^3] || 22 inordinato] menos ordenado *L* || 23 veste] ropa *F* vestidura *L* | de encima] de arriba *L* | está debaxo] todo el cuerpo *F* | todo lo de baxo *L* || 24 en modo — cuello] de manera que no se descubra sino lo alto del pescuezo *F* | solo] solamente *L* | cuello] pescuesso [ço] *L* || 25 y los vestidos limpios L^2 L^3 *Desunt in* L^1 || 26-27 y las manos, sino occupadas en levantar la ropa, se traygan sossegadas en modo decente *F* | 26 quando no] sino *L* || 28-30 El andar sea moderado, sin notable prissa, sino quando huviere urgente necessidad, guardándosse siempre la devoçión (!) *F* || 28 El andar sea moderado sin notable priessa *L* || 29-30 y entonces — se podrá] guardando el decoro quanto sea possible *L* || 31 y miramientos *om.F* gestos finalmente y movimientos *L* | sean] han de ser *F* || 32 y muevan a devoción *om.F* || 32-33 a los que miraren en ellos] a los que los vieren *F* a todos los que miraren para ellos *L* || 34-35 Quando — o tres *desunt in F* Quando salen fuera de casa en número, tengan orden todos en dos o tres de la manera que fueren [fueron L^2 L^3] ordenados *L* [fueren *in* L^1 *videtur emendatum ex* fueron. || 36 acaeciere hablar] se offreçiere occasión de hablar *F* si aconteciere hablar *L* | se tenga cuenta con la] se acuerden de la *F* se alembrarán de la *L* || 37 y edificación — en el modo] en las palabras y modo de dezillas *F* y de las palabras y modo de hablar *L* [y modos L^3].

---

3 *Veste* antiquitus usurpatum pro *vestido*. Postea in textu latino authentico, a. 1580, regulae 6 et 7 in unam contractae sunt, et simplicior adhibita elocutio. Vide textum latinum.

[13] Ninguno de casa o de la Compañía se atreva a dizir palavra injuriosa o escandalosa a otro de la Compañía, ni de fuera, so pena de tres semanas, tres días de cada una, comer a la mañana y a la noche pan y vino y caldo, y no otra cosa[4].

Mon. 101 B

[Regulae modestiae]

[1]. XXXII. Quod iis qui sunt in Societate observandum est, cum in publicum prodeunt, breviter in universum dici potest, ut in iis omnibus quae ad exteriorem hominem pertinent, modestiam prae se ferant, necnon humilitatem et religiosam maturitatem, bonumque exemplum, aedificationemque omnibus his, qui eos viderint. Quod vero ad particularia spectat, sequentia observentur.

[2]. XXXIII. Caput non leviter huc atque illuc circunferatur, sed mature, si esset forte opus. Quod si opus non sit, feratur rectum, cum moderata in anteriorem partem inflexione, non autem in alterutrum latus.

[3]. XXXIIII. Oculi ut plurimum sint demissi, neque conversi in hanc aut illam partem; ac tunc maxime cum erit ser-

---

38 Finis. Laus Deo *F* || 38-42 Ninguno — cosa *desunt in FG* | *In L²* *linea horizontalis, quae videtur recentior, separat hanc regulam a praecedentibus* || 38 casa] caza L^3 | atreva] atriva L^2 atreverá L^3 || 40-42 so pena — otra cosa *cancellata in* L^1 | 40-41 comer] comerá L^3 || 42 cosa] coza L^3.

1 *Titulus deest in R. Est in M,* M^2 *Loco tituli et praefationis habetur in P.* « Ex regulis domesticis quaedam magis particularia, quae ad eundem finem reducuntur ». *Et in margine manu Polanci*: de modestia exteriori. *In editione romana a. 1580, in Indice, dicitur*: *Regulae Modestiae; sed in corpore libri (p. 123) dicitur*: Regulae aliquot, quae a nostris in conversatione et praecipue in incessu servari debent. *In editionibus subsequentibus dicuntur simpliciter*: Regulae modestiae || 10-11 si esset forte opus] *M,* M^2 *praebent textum valde contortum* ... sed rectum teneant, cum maturitate ac etiam laetitia vultus, si quando ita congruat [*prius* conveniat] : ubi vero haec necessaria non erit; caput tamen esse debet moderate inclinatum anterius, nec ad unam vel aliam partem declinare || 13-16 *Vide paulo superius, in praefatione, quomodo hanc regulam proferant diversae redactiones. Haec regula in editionibus typis impressis divisa est in duas.*

---

4 Haec regula deest in *F, G;* invenitur in L^1 L^2, L^3; omissa est etiam in editionibus latinis authenticis, 1580 etc. Ex iis quae Ludovicus Gonzalez narrat in suo *Memoriali* ad diem 4 iulii 1555, de paenitentia in simili casu a Patre Ignatio imposita, haec quae hic iniungitur non videtur ab eius spiritu aliena. Cf. MI, *Fontes narr.* I, 737 (n. 398).

mo cum veneranda aliqua persona, in eius vultum non figantur, sed ut plurimum aliquanto inferius.

[4]. XXXV. Rugae in fronte ne sint, cavendum est, multoque magis ne in naso, ut foris serenitas appareat, quae sit internae indicium.

[5]. XXXVI. Labia neque nimis pateant, neque strictius aequo iungantur. [f. 6*r*] Facies universa laetitiam potius prae se ferat quam maestitiam, aliumve animi affectum minus ordinatum.

[6]. XXXVII. Externa vestis inferiora omnia contegat, ita ut superior pars colli appareat. Sint autem et vestimenta munda.

[7]. XXXVIII. Manus, nisi in attollenda veste occupentur, decenter compositae gestentur, et immotae.

[8]. XXXIX. Incessus sit moderatus, et sine properatione, nisi urgeret necessitas; semperque, quoad fieri poterit, decoris ratio habeatur.

[9]. XL. Omnes denique gestus tales sint et motus, ut humilitatem significent, et videntes ad devotionem moveant.

[10]. XLI. Cum exeunt, sit certus ordo, ut bini ternive, prout divisi fuerint, incedant.

[11]. XLII. Si loqui contigerit, meminerint modestiae et aedificationis, tum in verbis, tum etiam in modo dicendi.

[12]. *Cod. Instit. 186 b add. sequentem regulam similem illi quae est in textu hispano* L^1, *et quae in editis deest*: « Nullus audeat verbum aliquod loqui, quod vel ad iniuriam attineat, vel scandalum afferre possit: quod si aliter quis fecerit, gravissime in illum a Superiore animadvertatur ».

---

17 Rugosa frons ... rugosae nares *M.* || 20-23 *Haec regula in editis etiam in duas divisa est.* || 24-26 *Prima pars regulae omissa est in editis, quae solum habent*: Vestes sint mundae et cum religiosa decentia compositae|». || 25-26 *Secunda pars* sint — munda *om. M.* || 27 occupentur] *M. add.* quod tamen non fiet nisi necessario. *In* M^2 *ita est haec regula*: «|Non occupentur manus in sublevanda veste, sed teneant illas decenter et quiete|» [*sic*]. || 30 necessitas] *M. add.* quae fere non accidit.

Mon. 101 C

Regole della modestia.

Quello che devono osservare li fratelli della Comp^a. nell'andare publico, in generale si può dire brevemente delli fratelli nostri, che in tutto l'huomo steriore se veda in loro modestia, humiltà, et maturità religiosa, et buono essempio, et edificatione a tutti quelli che li riguardano. Venendo al particulare se osservino le cose seguenti.

P°. Il capo non si volti legiermente in quà et in là, anzi con maturità religiosa, quando accadesse; et non accadendo, si tenga drito con moderata inclinatione del collo verso la parte anteriore, nè ad un lato, nè dal'altro.

2. Li occhi si tenghino comunamente bassi, senza troppo alzarli ne girare ad una banda, o ad un altra; parlando con persone, massime di rispetto, non guardino fissamente nel volto delli talli, anzi sotto il viso più comunmente.

3. Le ruge nella fronte se devino evitare, molto più nel naso, acciò si veda serenità di fora, la quale mostri quella di dentro.

4. Le labre non troppo serrate, nè troppo aperte.

5. In tutto, il volto mostri allegrezza, modestia, più presto che tristezza, o altro affetto meno ordinato.

6. La veste di sopra copri tutto quello di sotto, i[n] modo che solamente si vegga la parte superiore del collo.

7. Si portino le panni netti [1].

8. Le mani, se non se occupano in alzare la veste, se tenghino in modo decenti quieti.

9. L'andare sia moderato senza notabile fretta, se la necessità non fosse urgente, servando il decoro quanto si potrà.

10. Tutti li gesti et moti finalmente siano tali che mostreno humiltà, et movino quelli che veggono a devotione.

---

3 andar in publico *B* || 3-4 delli fratelli nostri *om.B* || 6 risguardino *B* || 7 si guardino dalle cose seguenti *B* || 9 religiosa *om.B* || 11 dal'] all' *B* || 12 communemente *B* || 14 di rispetto maxime *B* || 15 di tali *B* || 16 rughe *B* | debbano *B* || 17 vegga *B* | di fuori *B* || 19 Le labbra *B* || 20 Tutto 'l volto *B* | modestia *om.B* || 22 copra *B* || 23 solo si veda *B* || 26 modo decente, et quiete *B* || 29-30 mostrino *B* || 30 li veggano *B*.

---

[1] Regulae 6-7 in editionibus typis editis in unam contractae sunt, ut in textu latino a. 1580, ita: « Le vesti et altri panni siano netti, et accommodati decentemente, come a Religiosi conviene ».

11. Quando ci è numero, habbino ordine, venendo due, o tre insieme, come saranno partiti.

12. S'accaderà parlare, si ricordino della modestia et edificatione nelle parole, et modo di dire.

MON. 102 A, B, C.

REGULARUM MODESTIAE COMPLEMENTUM (1555)

Praefatio

Praeter illas quas generatim *Regulas modestiae* dicimus, scripsit vel dictavit Ignatius pater alias quae ad externum religiosi hominis habitum referuntur, et quae in compluribus codicibus antiquis, vel simul cum regulis modestiae sunt, vel separatae. Haec praecepta, ut sunt in manuscriptis, non sunt inclusa in regulis typis editis. Exstat textus hispanus, latinus et partim italus.

Textus hispani triplex apographum.

L^1. in cod. *Instit. 220*, ff. 19-20 (prius 23-24). Prima pars sub titulo: *Modo que se debe tener tratando con los Superiores y otros.* Secunda pars, post *Reglas de la modestia: Aviso cómo han de caminar los de la Compañia entre ellos, y entre personas de fuera, que hizo nuestro padre Ignatio en el año de 1555.*

L^2. In cod. *Instit. 24a*, ff. 108-109, sub iisdem titulis quibus L^1.

L^3. In eodem cod., f. 165*v*-166 *prius* 175*v*-176*r* et f. 168*r-v* (*prius* 178). Nihil fere differunt nec in verbis, ut in apparatu videri potest. Tertium apographum ab L^1 vel L^2 procedere videtur; estque probabiliter scriptum a. 1562 occasione secundae visitationis lusitanae patris Nadal, qui in fol. 168*v* scripsit: Finis.

Textus latinus.

M^1. In cod. *Instit. 186 b*, f. 4*r* sub titulo: *Regulae modestiae: Modus qui tenendus est agendo cum Superioribus et etiam cum aliis.* Sequuntur Regulae modestiae sine titulo, et post illas, altera pars horum praeceptorum, ut in exemplis hispanis L^1, L^2, L^3.

R^1. Alia versio latina secundae partis horum praeceptorum (omissis quae ad patrem Ignatium referuntur) inserta est in Regulis generalibus Collegii Romani, paragr. XLIII-XLVII, post regulas modestiae, sine ullo titulo, qui etiam deest in Regulis modestiae. Desunt etiam in hac versione, quae in textu hispano

---

31 venendo a due *B* || 34 Laus Deo, Virginique Matri Mariae *add. B.*

dicuntur de non usurpandis verbis: *Pater, Frater, Messer* vel *Micer*. Cod. *Rom.* 203.

Rᵉ. Aliud exemplum in cod. *Instit. 208*, ff. 96*v*-97*r* (*prius* 92-93).

Textus italus.

Textus itali horum praeceptorum Sti. Ignatii unum solum apographum vidimus in cod. *Instit. 187*, f. 16 (*prius* 8) sine titulo. In eo retinentur adhuc quae ad Patrem Ignatium referuntur. Antiquissimum videtur.

Hispanus textus harum regularum editus est in MI, *Fontes narr.* I, 612,613, annot. 29 et 33. Editur hic denuo, ut omnes Sti. Regulae simul haberi possint.

Mon. 102 A.

Modo que se deve tener tratando con los superiores y otros. 1555.

La cabeça queda.

En hablar o screbir no dar muestra de arrogantia alguna.

Hablando con otros, óyanle sin interromperle la plática, para después responder. Máxime guardándose siempre de adivinar lo que otro quiere dizir.

Andando con los mayores, tantò eclesiásticos, como seculares, detenerse un poco, e no nada adelante, ni en todo a la par.

Quando con mayor, pricipalmente delante de algún grande, dexar hablar al mayor, mostrando silencio y honestidad, y no desenvoltura en hablar alto.

Cada día antes de comer, leer estas reglas, y cada día examinarse tres vezes sobre ellas: primero a la mañana; segundo, quasi el mediodía; tercero, a la noche, antes de acostar, otro tanto.

De ocho en ocho días dará cuenta a su confessor de su diligentia, ora sea en confessión, ora fuera della [1].

---

2 los *om.L³* | 1555 *deest in L¹ L³. In L² post titulum scripsit P. Nadal*: Existimo esse P. Ignatii || 5 con otro *L³* || 8 *Post* mayores *in L² est* principalmente *del.* || 11-12 de algún — al mayor *om.L¹ L²* || 13 hablar alto] hablar al tal grande *L³* || 15 a la mañana] proponiendo enmienda *add. L³* || 19 della *om.L³* || *In L¹ L² sequuntur* « Reglas de la modestia ». *In L³ sequitur in f. 166*: « Instituición(!) para todos los Superiores de la manera que se an d'aver con el Soto Ministro »; *et in f. 167* « Reglas de la modestia ».

---

[1] Hae duae regulae: « Cada día... De ocho en ocho... » videntur impositae alicui personae particulari, non omnibus. Omissae sunt in textu latino.

Aviso de cómo han de caminar los de la Compañía entre ellos y entre personas de fuera, que hizo nuestro padre Ignatio en el año de 1555.

[1]. Porque la exterior modestia dé edificatión con la demostración de la interior humildad, quando dos legos se hallaren juntos, mirarán siempre de ir iguales, no yendo el uno detrás ni delante el otro [2]; y si acaeciese que el uno no pudiese caminar como el otro, aquel que camina más, se concertará con aquel que camina menos.

[2]. Si uno de los dos legos fuesse maestro, el otro que no lo es, averá siempre respecto de andar un poquito atrás, más presto que adelante.

La misma ordèn observará el lego con el sacerdote, y lo mismo un sacerdote con otro que le sea superior.

[3]. Esta mesma orden que sea común a todos aquellos de la Compañía con qualquiera persona de fuera, o perlado de semejante respecto de fuera de la Compañía; y esto yendo tanto a pie, como a cavallo.

Con nuestro padre Mro. Ignatio no se usará ninguno de estos respectos, mas irán más presto juntos con él.

[4]. Quando los legos hablaren con el sotoministro, estén con la cabeça descubierta hasta en tanto le sea mandado se cubra; y en presentia de los otros superiores, sacerdotes y legos estarán sin bonete hasta que le sea dicho que se cubran [3]. Mas con nuestro padre Ignatio no quiere se observe esta regla, mas cada uno le hablará como quiere.

[5]. Por justas razones ordenó nuestro Padre si quiti la distinctión que se solía usar de llamar a otros *Padres* y a otros *hermanos* (siendo que todos son hermanos en el Señor nuestro) de manera que no se use este modo de hablar ' el tal hermano ', ni tampoco ' el tal Padre '; ni también alguno se

---

20-22 Aviso — 1555 *del.in* L^1 || 20 Aviso] Avisos L^2 | de *om.*L^1 L^2 || 21 y entre] y con L^2 | de fuera della L^2 || 24-25 hallaren] hallarán L^2 || 34 que *om.*L^2 || 39 juntos] junto L^2 || 45 quiera L^2 || 49 este tal modo L^1 || 50 alguno] ninguno L^1 L^2.

---

[2] P. Ludovicus Gonzalez in *Memoriali* n. 140, ad diem 17 februarii 1555 narrat paenitentiam impositam a patre Ignatio duobus fratribus, qui hanc regulam negligenter observarunt. Cf. MI, *Fontes narr.* I, 611-612.

[3] Vide sis lepidum casum de hac re a Ludovico Gonzalez narratum. MI, l. c. , 674.

llame M.[4]; y aquellos que goviernan los otros, siendo sacerdotes, qualquiera persona de la Compañia los podrá llamar Padres; mas M. a ninguno dellos. Y qualquiera que averá título de Doctor, o de Maestro, se podrán llamar ' maestro o doctor tal '. Y con nuestro Padre cada uno como le parescerá [5].

102 B

Modus qui tenendus est agendo cum Superioribus vel etiam cum aliis

Caput ut sit firmum.

In loquendo vel scribendo nulla detur significatio arrogantiae.

Ubi cum aliquo loquuntur, ut illum placide audiant, nec interpellent; ita melius postea respondebunt. Illud praesertim cavebunt, ne quod ille sit dicturus, divinare velle videantur.

Ambulando cum maioribus, tam ecclesiasticis quam secularibus, paululum subsistere, neque quicquam praecedere, nec omnino pariter ire.

Quando manent coram aliquibus, maioribus praesertim, silentium prae se ferant, et honestatem; nullam etiam arrogantiam in vocis intensione.

---

51 *M,*] Misser L^3 [In L^1 L^2 *est M cum parvo tractu inferiori, qui difficile typis exprimi potest.*] || 55 *Post* parescerá. *finis. manu patris Nadal in* L^3 *In* L^2 *sequuntur duo ff. (110-111) pura, et in marg.superiori fol. 111v scriptum est*: lo que se trasladó [*mutatum in* traladado (?) de [*hoc verb.sup. tin.*] un cartapazio del Pre. Luys Perpiñán.

1-15 *desunt in* R^1 R^2.

---

[4] Codex *Instit. 24a*, f. 109*v*, scribit in compendio *M* cum apice post M simile *r;* in f. 168*v* bis scribit expressis verbis *misser*. Posset etiam legi *messer*.

[5] Ludovicus Gonzalez in *Memoriali*, n. 142, ad diem 18 februarii 1555, dicit non placere patri Ignatio ut vocabula *Patris* et *fratris* inter nostros usurpentur; et n. 372, ad diem incertum iunii eiusdem anni, dicit patrem Ignatium ordinavisse, ut nemo vocaretur Pater, nisi Superior esset. MI, 1. c. 612, 729. Ut ibi, p. 613, ann. 33, dictum est, haec ordinatio videtur vel non in usum deducta, vel parum durasse. Ceterum aliis etiam temporibus, v. g. tempore Sti. Francisci Borgiae, actum est de modo compellandi socios iuxta diversas classes, sed numquam quid certi pro universa Societate definiri potuit, nec nunc statutum est, et diversus viget usus in diversis regionibus. Cf. MI, *Fontes narr.*, I, 613.

Quemadmodum incedendum sit

[1]. Ut exterior modestia sit omnibus aedificationi et indicio internae humilitatis, ubi duo laici simul incedunt, animadvertant, ut semper pariter eant, nec unus alterum praecedat[1]: quod si acciderit unum tam expedite non posse iter facere atque alium, is se accommodabit ad alterius tarditatem.

[2]. Si e duobus laicis alter esset magister, alter non esset, hic illo paulo posterior incedet quam anterior.

[3]. Hanc eandem rationem observabit laicus cum sacerdote, et sacerdos cum Superiore sacerdote.

Haec eadem ratio observari a nostris debet cum externis etiam omnibus, vel personis quibus similis debeatur honos, sive pedes quis eat, sive eques.

Et tamen Pater Ignatius, qui hoc constituebat, edixit ut nullus eiusmodi respectus ad illum habeatur, sed omnes pariter cum ipso incedant.

[4]. Ubi laici loquuntur subministro, sint aperto capite, donec iubeantur caput tegere. Praesentibus porro caeteris superioribus, tam laici quam sacerdotes idem observabunt[2].

Haec tamen Pater Ignatius non vult secum observari, sed singuli cum illo agant quemadmodum velint.

---

21 magister] praeceptor R^1 R^2 || 21-22 is qui praeceptor non est, videat ut illum aliquanto posterior sequatur, potius quam antecedat R^1 R^2 || 23-24 Eandem rationem servabit laicus erga sacerdotem, et sacerdos cum alio sacerdote qui sit ipso superior R^1 R^2 || 25-27 Atque haec ratio communis esto omnibus qui e Societate sunt erga quemvis praelatum et extraneum alium, cui similis observantia debeatur R^1 R^2 || 27 sive pedes quis eat, sive eques *desunt in* R^1 R^2 || 28-30 *om.* R^1 R^2 || 31-33 *Haec in* R^1 R^2 *duobus paragraphis ita exhibentur:*

Omnes caput aperient superioribus et interea dum cum ipsis loquuntur, non prius illud operiant quam eis dicatur.

Idem etiam scholastici erga suos praeceptores in schola observabunt: extra scholam satis erit (sicut et laicis erga sacerdotes) sic caput detegant; dum eos aut praetereunt, aut alloqui incipiunt: debet etiam idem honos nudandi capitis praelatis ac viris religiosis aliisque qui ea observantia digni videntur exhiberi ».

34-35 *Desunt in* R^1 R^2 || *Quae agunt de non usurpando verbo « Pater » « frater » « Messer » desiderantur in* R^1 R^2.

---

1 Vide annot. 2 ad textum hispanum.

2 Vide annot. 3 ibid.

Mon. 102 C

[Regularum modestiae complementum]

[1]. Jhus. Acciochè l'esteriore modestia dia edificatione con la dimostratione dell'interiore humiltà, quando due laici si troverano insieme, avvertirano sempre d'andar uguali [1], non preponendosi l'uno all'altro; et s'accadesse chel'uno non potesse caminare come l'altro, colui che camina più, s'accommoderà a quello che camina meno.

[2]. Se l'uno delli due laici fosse maestro, l'altro che non lo è haverà sempre rispetto di andar alquanto adietro, più tosto che avanti.

Il medesimo ordine observerà il laico col sacerdote; et il medesimo il sacerdote con altro sacerdote che li sia soperiore.

[3]. Questo medesimo ordine sia comune a tutti quelli della Compagnia con qualsivoglia prelato o persona di simile rispetto di fuora della Compagnia; et questo, caminando tanto a piedi, quanto a cavallo.

Con N. P^e^. M. Ignatio non si userà niuno di questi rispetti, anzi anderano con lui al pare.

[4] Quando i laici parlerano col sottoministro, stiano col capo scuoperto insin che gli sia ordinato si cuoprano; et in presenza degli altri soperiori, sacerdoti et laici starano senza barretta insin che gli sia detto cuoprirsi [2]. Ma con N. P^e^. Ignatio non vuole si osservi questa regola, ma che ogni uno gli parli come vorrà.

[5] Per giuste cagioni ordina N. P^e^. si levi la distintione che soleva usarsi, di chiamare ad altri *Padri* et ad altri *fratelli* (essendo tutti fratelli nel Signor nostro) et così non si usi questo modo di parlare ' il fratello tale ', nè il ' padre tale '. Nè anche niuno si chiami M.[3]. Et quelli che governerano gli altri, essendo sacerdoti, qualsivoglia persona della Compagnia gli potrà chiamare Padri; ma M.,^a^ niuno di loro [4].

---

1 *Quae in exemplis hispanis praecedunt, desiderantur in exemplo italo* || 7 maestro] Mro. *in ms.* || 24-28 *Verba* Per giuste cagioni — governerano gli *sunt cancellata atramento debiliore, et, ut videtur, posteriore tempore; quae in fol. 16v sequuntur, non sunt cancellata* || 28-29 *Post* gli altri *del.* i quali || *In parte inferiore fol. 16v*: Regola della Compagnia.

---

1 Vide annot. 2 ad textum hispanum.

2 Vide ibid. annot. 3

3 Ibid. annot. 4.

4 Vide ibid. annot. 5.

Et qualsivoglia che averà titulo di Dottore o di Mro., si potrà chiamare Mro. o Dottor tale; et con N. P^e. ciascheduno parlerà come gli parerà.

MON. 103

REGULA DOMUS (1554-1555)

Praefatio

Haec praescripta inveniuntur manuscripta in ff. 148-149 codicis *Instit. 1 e* (codex *E*), cuius descriptionem vide sis in MI, *Constit.* pp. ccxxxvi-ccxxxix.

Regula probabiliter circa finem anni 1554, vel ineunte 1555, scripta fuit; nam quae in prima paragrapho iubentur, scripta sunt ad collegia Societatis in epistola data die 29 septembris 1554. Cf. MI, *Epp. VII*, 588-589 [« La 3 cosa... »]. Regulae non eundi ad stationes sine venia meminit Ludovicus Gonzalez in *Memoriali*, n. 245b, ad diem 28 februarii 1555; sed supponitur regulam prius factam esse.

Edita est in opere « *Constitutiones Societatis Iesu latinae et hispanicae cum earum Declarationibus* » (Matriti, 1892), p. 344.

REGOLA DI CASA

Summarium: 1. — *Quibus cautionibus sacerdotes visitare feminas possint.* 2. *Quomodo ad ecclesiarum stationes eundum.* 3-4. *Inscio Superiore, nemo librum recensendum accipiat; nec spiritualia Exercitia alicui communicet, nec alios ad illa communicanda moveat.*

[1]. Niun Sacerdote vadi a casa dove sia donna, per parlarla o confessarla, senza demandar primo licenza al Superiore. La quale havuta, non andarà senza menar un compagno seco, il qual starà in luogo che possa veder mentra parlerà con donna o la confessarà, non tenendo la porta serrata della stanza nella quale starà con la donna tale. Il medesimo s'intenda quanto al andare a Monasteri di donne o case di Pinzocchere [1].

[2]. Item. Niun Sacerdote andarà a stationi alcuna nelle chiese di Roma senza spresa licenza dal Soperiore; intenden-

[1] *Pinzocchera*, « coenobita non adstricta votis ». BELLINI Bernardo, *Protolessico italiano-latino*. Torino, 1854.

do però che, se gli acadesi, andando per altri negotii per Roma, passar per alcune chiese, potrà intrarvi, si vorrà per sua devotione, et fare oratione avanti il Smo. Sacramento per tanto tempo quanto possa dire una volta il Pater noster et Ave Maria, o altra cosa simile, poco più o meno.

[3]. Niuno riceverà libro che sia mandato per rivederlo et notare gli errori, senza consultarlo dal Superiore.

[4]. Niuno darà essercicii spirituali, nè moverà altri, etiam che gli avesero fatti, per darli, senza consultare similmente col Superiore.

Mon. 104

REGULA AD SACERDOTUM DILIGENTIAM EXCITANDAM

P. Ludovicus Gonzalez de Camara in *Memoriali*, n. 224, ad diem 26 februarii a. 1555, dicit Patrem Ignatium magno dolore affectum esse sciens quemdam aegrotum, qui confessarium petierat, ante confessarii adventum morte correptum fuisse; eumque consultationem inter sacerdotes qui in domo erant, fecisse, ut modus inveniretur tali incommodo occurrendi. Circa diem 7 martii (n. 278) dicit idem Ludovicus Patrem Ignatium post consultationem, et contra aliorum opinionem, omnino statuisse, ut quando sacerdos aliquis ad confessionem graviter aegrotantis audiendam peteretur, ostiarius ita campanam pulsaret ut omnes sacerdotes ad ostium quam primum accurrerent; utque de hac re regula fieret. Demum ad diem 19 martii (n. 293) dicit Patrem Ignatium statuisse ut regula sacerdotibus scripto daretur et promulgaretur. Cf. MI, *Fontes narr.* pp. 658, 690, 699.

Textum ipsum regulae nullibi hucusque invenire valuimus.

Mon. 105 A, B.

†

REGULAE AD SUBDITOS IN OBOEDIENTIA ET MORTIFICATIONE EXERCENDOS (1554-1555?)

Praefatio

Apographum hispanum valde antiquum harum regularum invenitur in quodam quinterno codicis *Instit. 24a* (prius *Miscellanea de Regulis*) ff. 165-168 (*prius* 175-178). Regulae quas edimus sunt

in fol. 165. In hoc quinterno inveniuntur *Regulae modestiae*, et *Regulae servandae in incessu*, quas dedimus in MON. 101-102. In fine (fol. 168*v*) scripsit P. Natalis sua manu: « Finis ». Itaque possumus vere affirmare hoc apographum esse valde antiquum. Est aliud apographum hispanum antiquum (*B*) in cod. *Instit. 206*, ff. 218*v*-219*v*, cui titulus est: « Ordem de nuestro P^e. Ignatio para Superiores ». In lingua itala sunt eaedem regulae in cod. *Instit. 1e* (cod. E), ff. 140-141, unde eas edidit P. Iosephus de La Torre [1]. In hoc codice titulus est: *Ordine del nostro Padre Maestro Ignatio* [2]. Non videtur solida esse ratio de hoc asserto dubitandi. Magna pars harum regularum seu monitorum inserta est latine in prima editione romana Regularum Communium an. 1560 [nn. 41-42]. In subsequentibus editionibus Regularum communium non amplius apparent. Conferri possunt documenta circa oboedientiam quae P. Ignatius dictavit Philippo Vito, anno 1555. Cf. MI, *Fontes narr.*, I, 395-396.

MON. 105 A.

IESUS

REGLAS PARA EXERCITAR LOS SÚBDITOS EN LA OBEDIENTIA, MORTIFICATIÓN

Summarium: — *Quomodo Superiores in oboedientia et sui ipsius abnegatione subditos exercere possint.* — 1. *Curabunt ut subditi paenitentias, etiam sine causa impositas, libenter acceptent.* — 2. *Quisque paratus esse debet ad contionandum quocumque idiomate ei iniungatur.* — 3. *et ut a quocumque reprehendatur;* — 4.*et ut eius defectus, etiam non veri, a quolibet indicentur et iudicentur.* — *Superiores in his rebus aliquando bonos, frequentius vero eos qui opus habent, exercent.*

Cada Rector, Ministro, Maestro de novicios y cada Superior procurará que sus súbditos sean prontíssimos en la obedientia, y mui bien exercitados en la abnegación de sí mismos; y por eso exercitará estos seguientes capítolos. Avisando a cada uno de los que tiene debaxo de su govierno.

[1]. Procurará que cada uno esté aparejado para hazer toda penitentia y diciplina, aunque no oviesse causa ninguna,

4-5 Qualquier Rector, qualquier ministro de novicios [*sic*], y qualquier superior procure *B* || 5 estén muy promptos *B* || 7 y por eso] y por tanto *B* || 7-8 avisando primero *B* || 8 tiene a su cargo *B* || 10 etiam disciplina *B* | no oviesse] no vea *B*.

[1] In opere: *Constitutiones Soc. Iesu latinae et hispanicae* (Madrid, 1892) pp. 340-341.

[2] Cf. MI, *Const. I* (Prolegomena) p. CCXXXIX, n. 9.

sabiendo que ha merecido muchas vezes esta y mayor penitencia; o si no la oviesse merecido, merecerá no poco en hazerla; y anssí, luego que alguno se le dará alguna penitentia, sin replicar o demandar la causa, con toda alegría se disponer a hazerla.

[2]. Esté cada uno aparejado para probar a predicar en griego o latim, ebraico, tudesco [1] o en qualquiera otra lengua o manera que le fuesse mandado, aunque en la tal lengua no supiesse dizir sino una sola palabra; considerando que no praetiende la obedientia sino su promptitud y mortificación; e siéndole a cada uno mandado esto, luego sin excusarsse ni replicar vaya al púlpito; y si supiere de lo que le an mandado predicar dizir dos o tres palabras, las dirá; y, si no supiesse, dirá: yo estoy aparejado para lo que me mandaren que diga; y no se abaxará [2] de púlpito hasta que le digan que se abaxe.

[3]. Cada uno esté aparejado para oyr pacíficamente con toda humildad qualquiera capelo o reprensión que le será hecha, no solamente por los superiores, pero aun del mínimo de casa; y no solo en particular y en praesentia de los hermanos, mas aun de qualquiera forastero, aunque sea sin causa.

[4]. Estará cada uno aparejado para ser sindicado de qualquiera persona, no solo con causa iusta, pero sin ella; holgándose de su parte que cada uno le diga, no solamente lo que ha visto dél, pero aun lo que ha pensado, aunque esto se le diga en presencia de todos los otros. Antes el sindicado le dirá con grandíssima humildad las gracias [3], y le demandará perdón, promettiéndole enmendarse.

Esto exercitarán los superiores alguna vez con los buenos

---

13 y anssi] por tanto *B* || 14 sin pedir la causa, y sin réplica alguna *B* || 14-15 alegremente procure hazerla *B* || 16 probar] probarse *B* || 17 tudesco *B* || 18 y modo que le sea ordenado *B* || 19 dezir palabra *B* || 21 por tanto a cada uno a quien esto fuere mandado *B* || 25-26 y no baxará del púlpito hasta tanto que le será dada licencia *B* || 27 oyr pacientemente con humildad *B* || 28 capelo o rebufo *B* || 30-31 mas en presencia de los hermanos, imo de qualquier forastero, y esto, quanto quiera que fuese sin causa *B* || 34 holgándose] contentrándose *B* || 36-37 Antes al que le avrá sindicado, con grandissima humildad le dará gracias *B*

---

[1] *ms.* cudesco. Apogr. *B*: tudesco. Textus italus habet: *thodesco;* textus latinus Regularum: *germanice.*

[2] In ms scriptum est *abazará*; in *B* baxará.

[3] In hoc exemplo hispano interpunctio inepta videtur; ponit enim punctum post *humildad*. Textus italus: *con grandissima humiltà lo ringratiarà.*

por dar exemplo a los otros, y más a menudo con los que dello tienen neçessidad.

MON. 105 B

ORDINE DEL NOSTRO P^e^. M. IGNATIO

Ogni Rettore, ogni Ministro, ogni maestro[1] de Novitii et ogni Superior, procuri che li suoi subditi, siano promttissimi al'obedientia, et benissime essercitati nell'annegatione de se stessi. E però essercitarà questi sequenti capitoli, avisando primo ogni uno di quelli, che stano sotto la cura sua.

1. Procurerà ch'ogni uno sia parato a far' ogni penitentia, etiam disciplina, anchora che non vedesse causa nissuna, sapendo che ha meritato questa et magior penitentia molte volte, o vero se non l'havesse meritato, meritarà non poco facendola; et però subito che gli sarà data alcuna penitentia ad alcuno, senza domandar la causa, et senza alcuna replicatione, alegramente procuri farla.

2. Sia parato ogni uno, per provarsi a predicare in greco, Hebreo, Latino, Thodesco, o in qualch'altra lingua et modo che gli fusse commandato, anchorachè non sapesse dir' parola in tal lingua; considerando che la obedientia non vuole se non la prompteza et mortificatione sua. Et però ogniuno subito [f. 140*v*] che questo gli fusse commandato, senza escusarsi, nè replicare, vengha nel pergolo, et si saprà due, o tre parole, di questo ch' se gli commanda a predicar, di questo, le dica; se non, dirà: Io sono parato a che vi piaca ch'io dica. Et non descenderà del pergolo, per in sin' a tanto che gli sia data la licentia.

3. Ogn'uno sia parato per sentir pacientemente con humiltà qualsivoglia reprehensione, capello, o rebufo, che gli sarà fatto, non solamente da i Superiori, ma anchora dal minimo di casa, non solamente in privato, ma in presentia de gli fratelli, imo di qualunche forastiero, et questo, quantunque fusse senza causa.

4. Ogni uno sarà parato di esser sindicato, di qualunque persona, non solamente con causa iusta, ma anchora senza quella, contentandosi dal canto suo ch'ogniuno gli dica, non

40-41 y más continuo con los otros que más necessidad tienen *B*.

[1] Verba *ogni maestro*, in marg. alia manu.

solamente quel ch'ha visto, ma quel che ha pensato. [f. 141*r*] Et questo se ben le sarà dato in presentia de tutti gli altri; anzi chi serà sendichato, con grandissima humilità lo ringratiarà, et domandarà perdonanza promettendo d'emendarsi.

Questo essercitaranno li superiori, alcuna volta verso li buoni, per dar' essempio agli altri; et più spesso verso gli altri che più ne hanno bisogno [2]. Et non essercitarà nullo ministro o maestro di novitii, senza expressa licentia del suo Superiore, et questo lo farà con molta consideratione.

MON. 106

ALUMNIS COLLEGII GERMANICI

DE CONFESSARIO ELIGENDO — DE USU LINGUAE ITALICAE

Praefatio

Invenitur unum exemplum (*A*) in cod. Collegii Germanici, ff. 4*r*-5*r*; aliud exemplum (*B*) in cod. *Rom. 157 I*, f. 207 (*prius* 294 in marg. inferiori) et in marg. superiore XLVII et 465.

Edita sunt haec monita secundum exemplum *A* a P. Schroeder in opere *Monumenta quae spectant primordia collegii germani et hungarici*, pp. 195-197.

Existimat P. Schroeder haec monita probabiliter scripta esse anno 1554, non negans potuisse etiam scribi anno sequenti. Ex his quae P. Ludovicus Gonzalez scribit ad finem mensis maii 1555, videtur omnino concludendum haec monita mense maio 1555 scripta Dicit P. Lud. Gonzalez: « El Padre manda tres reglas a los Tudescos. Una que, pues se quexan de Cornelio que les mueve, que cada uno elija confesor firme. 2. Que sean obligados a manifestar quién los convierte, so pena, si no lo hacen, de no comer tres dias sino pan... y una sola vez de vino. 3. Que todos los gramáticos hablen italiano la hora de recreación, y los demás siempre ». Cf. MI, *Fontes narr.* I, 720-721. Vide etiam quae ibidem de hac re narrantur paulo post, p. 727 (n.363). Quae omnia perfecte quadrant hoc loco.

Summarium: 1. *Alumni e sacerdotibus Societatis quemlibet eligere possunt confessarium, ita ut alii deinde non confiteantur;* 2-3, *nullo modo inducantur ut statum vitae mutent;* — 4, *magni momenti est ut linguam italicam addiscant et loquantur; qui linguam latinam non bene noverint, hanc adhibeant; transgressoribus poenae imponantur.*

---

[2] Quae sequuntur addidit sua manu P. Nadal, et quidem verba: *ministro o m° de novitii*, in margine, cum signo ubi collocanda sint. Sententia tamen nobis obscura videtur.

1. Magister Ignatius de Loyola cupiens ob Christi gloriam utilitati consulere Scholasticorum Germanici Collegii, pro ratione muneris a R.mis eiusdem collegii protectoribus sibi demandati, adductus nunc certis quibusdam rationibus, liberum facit scholasticis ipsis, ut quisque arbitratu suo confessarium eligat, unum ex omnibus sacerdotibus Societatis Iesu, qui vel in ipso Germanico Collegio, vel in Domo aut collegio Societatis degunt; hac tantum conditione servata, ne quis post electionem factam, alii quam ei, quem elegerit, confiteri possit.

2. Idem vero, cum dudum honestissima causa permotus, interdixisset, ne vel confessarius scholasticorum collegii Germanici, vel ullus ex Patribus aut Scholasticis Societatis, qui in eorum custodia deputati sunt, verbis ullis, Scholasticos ipsos ad assumendum Religionis statum, iuxta Societatis aut cuiusvis alterius Ordinis institutum, incitarent; agnoscens in dies magis ac magis commodum et necessitatem huius prohibitionis, ut ea exactissime posthac observetur, instituit nunc, ut ipsi Germanici scholastici quamprimum ex ore alicuius eorum, qui commemorati sunt, sermonem audierint, qui ad persuadendam mutationem status vitae directus esse videatur, dent operam, ut vel ore proprio, vel per epistolam, certiorem huius rei faciant aut patrem ipsum Ignatium, aut eum, qui eius vices gerit.

3. Si quis autem deprehensus fuerit in exequendo hoc statuto negligentior, is hanc aget paenitentiam, ut triduo et in prandio et in coena, nihil habeat praeter panem et offam cum uno vini cyatho.

4. Porro, quia positum est in huius Collegii constitutionibus [1], ut qui in illud admittuntur studium aliquod et diligentiam adhibeant, ad discendam linguam italicam, donec sic possint quidvis italice dicere, ut facile ab ipsis italis intelligantur: animadvertit autem pater Ignatius non temere fuisse statutum, sed propter magna commoda, quae iis, qui in hoc Collegio instituuntur, ex italicae linguae cognitione possunt accedere, inter quae vel hoc quidem, si solum esset, satis tamen magnam vim haberet ad ferendam hanc legem, quod diversarum provintiarum homines non possint absque linguae

3 R.mis] Ill.mis et *add. in marg.B* || 6 Jhęsu *B* || 13 custodiam *B*.

[1] Vide sup. Mon. 69: *Regulae collegii germanici* (quae hic *Constitutiones* appellantur), n. 12.

alicuius vernaculae communione animis et voluntatibus vehementius copulari; quodque italicae linguae peritia adiumentum maximum exteris afferat, ut pie erga Sedem Apostolicam et plurimas res optimas, quae in hac urbe tanquam in domicilio Religionis inveniuntur, afficiantur: hoc igitur cum consideraret, et simul intelligeret legem hanc tam utilem et necessariam, negligentia Superiorum et desuetudine exolevisse; eam de integro innovans statuit, ut ii, qui in theologia, aut philosophia, aut dialectica versantur, et usum latine loquendi iam compararunt, uno integro anno italice semper loquantur, locis et temporibus, quae studiis non erunt dedicata. Reliquos perpetuo iubet latine loqui, exceptis duabus horis, quarum altera a prandio, altera a coena, ad remittendos animos conceditur, in quibus horis non alio etiam illi quam italico idiomate utentur. Ut autem hoc diligentius observetur, syndicos omnes et singulos vult esse, qui deferant transgressorum nomina; qui si ex industria deferre alicuius nomen neglexerint, aequales dabunt poenas, atque ipsi transgressores; poenitentia vero haec erit, ut accumbant semel ad parvam mensam [2], et solo pane ac iure vescantur, ac unicum habeant vini cyathum.

Mon. 107

STI. IGNATII ORDINATIONES VARIAE (1555?)

Praefatio

Sequentes ordinationes inveniuntur in cod. *Instit. 24c* (« Libro de Recuerdos ») [1] ff. 45*v*-46*v* sub titulo: *Recuerdos de cosas que diversas vezes se han de pratticar*. Omnes scriptae sunt manu patris Ioan. de Polanco, secretarii, praeter illam quae est sub n. 6, quae manu ignota scripta est.

Codex hic coepit scribi anno 1556, sed res in illo contentae potuerunt prius a patre Ignatio iniungi; non enim formam Diarii codex habet. Quae sub n. 1 sunt, potuerunt anno 1555 post diem 15 martii ordinari, quando P. Polanco a patre Ignatio reprehensus est ob praecipitantiam in Cincinato ad collegium mittendo [2]. Similia his quae sub n. 2 sunt, ordinaverat P. Ignatius circa finem mensis

[2] Parva mensa, quae etiam nunc in variis Societatis domibus « piccola » dicitur, in refectorio posita. Vide sis Mon. 39 et 73.

[1] Descriptionem huius codicis vide sis apud *Epist. Mixtae*, I, 602 (n. 9), et MI, *Epp., I*, 39 (cod. 19).

[2] Cf. MI, *Fontes narr.* I, 696, (n. 288, 2°).

ianuarii 1555, occasione tentationis cuiusdam novicii [3]. Quandonam illud de examine conscientiae ordinatum sit, nescimus. In regulis Ministri ann. 1553-1554, part. 4a., n. 8 (MON. 74) solum commendatur ut examen particulare et quotidianum doceatur, et in usum deducatur. In Regulis Ministri 1549 (MON. 47) iniungebatur ut singuli officiales *per vices* regulas sui officii memoriter et alta voce recitarent. Similia his quae in n. 5 statuuntur, fiebant anno 1555 Romae, quando alumni collegii romani et germanici ad templum Domus professae, contionis audiendae causa, se conferebant [4].

In MON. 103 (*Regula Domus*) prohibebantur sacerdotes ire ad confessiones audiendas sine socio.

Quamvis hae ordinationes locales sint, nec regulae fortasse dici possint, earum notitia iuvare potest ad indolem Sti. Ignatii perfectius cognoscendam.

RECUERDOS DE COSAS QUE DIVERSAS VEZES SE HAN DE PRATTICAR

1°. *De los que se inbían al collegio de Roma.*

Ultra de la edificatión buena, y exercitio en el predicar, y en la lengua italiana para los que son de otra; quando se determina que alguno vaya al collegio por nuestro P^e^. M^o^. Ignatio, se guarden por orden 4 cosas:

Una, que en el collegio estén ya preparadas las cámaras y camas para los que se han de passar a él;

Otra, que sean examinados los tales por los que desto tienen cargo, para que se sepa en quál classe deva ponerse cada uno, y qué maestro deba oír;

Otra, que se les prepare lo que han de vestir, al modo de los scholares nuestros.

Después destas tres cosas se hará la 4, de demandar a N. P. si los quiere hablar antes que se passen, o no; bien que para ver quiénes deben ir, se puede trattar con N. P., antes que estas tres cosas estén hechas.

2°. *De los que van por limosnas o portiones.*

Ninguno, fuera de los ordinarios que van por las limosnas y portiones, se inbie a tal officio, sin que nuestro P^e^ M^o^. Ignatio lo sepa y approueve.

De los tales que hazen este officio, ninguno vaya tras la mula por Roma.

[3] Ibid. 533 (n. 43).

[4] MI, *Fontes narr.* I, 636 (n. 176 et annot.1).

3°. *Del examen de conscientia.*

Quello ch'ha cura de fare l'essortatione ogni venerdì, adverta ch'un venerdì facia la tal essortatione, et altro examini quelli che lo ascoltano, uno ad uno, come fanno examinare sua conscientia; et in questo espenda il tempo che suole espendersi in nell'essortatione.

4°. *Delli officiali.*

Il Ministro habbi cura che tutti li officiali particolari ogni 8 giorni dicano a mente il suo officio, o la suma di esso.

5°. *De quelli che si mandano fora.*

Quando alcuni si mandano fuora in alcuni collegii, in qualche numero, il Ministro et secretario habbino cura de deputar una persona che non li lasci uscir fuora della porta de casa, in sin' a tanto che tutti li habbia ordinati de doi in doi, o come parerà, in modo che non si congiongano improportionatamente, anzi con la proportione che potrano de equalità de corpo; et così vadino ordinatamente in sin' al uscire delle porte de Roma; et s'alcuni l'acompagnarano, non passeno de 100 passi fuora della porta della città.

6°. *Del mandar a predicar a monasterii etc.*

Per ordine di N. P°. M°. Ignatio questo di quà inanzi si osservarà, che nessuno Rettore o Superiore, tanto del collegio come della casa, dia licenza, nè mandi nessun di quelli della Compagnia a predicare a Monasterio alcuno, o qualsivoglia altro luogo publico, (fuor delle carceri et hospedali), senza che prima dia particolar'aviso a detto P°. nostro; et acciò si osservi et si tenga in memoria, ha ordinato sua Paternità che quest'ordine et voluntà sua, che per alcuni buoni respetti, et a magiore edificatione ha dato, lo scrivano nei libri dei loro uffitii, el P°. Rettor' nel collegio, et nella casa il P°. M^ro^. Polanco, et il P°. Ministro nel suo.

7°. *Del inbiar o poner algunos en el collegio.*

Ninguna persona por orden de qualquiera official, o otra persona, se inbie al collegio, ni en él se resciva, sino con espressa orden de N. P°. dada al Rector, o sobrestante, aun-

que otra vez ubiese estado en el collegio, como los que tornan de otros collegios de Italia a la casa.

8°. Para el sacristán

Quando alcuno delli sacristani si manda fuora a qualche collegio, de parte del Superiore, sarà avisato il sacristano maggiore acciò che si facia provedere de altri in suo logo, quali inparino prima che si rimovano li altri. Sì che tre giorni o 4 inanzi de levarli, bisognarà avisare, se non ce fosse expressa licenza de nostro P^re^.

MON. 108

REGULAE PROCURATORIS SANITATIS (1556?)

Praefatio

Regulae procuratoris sanitatis iam exsistebant ineunte anno 1556; nam Polancus scribens nomine Sti. Ignatii die 22 februarii 1556 ad quemdam Octavianum, dicit patrem Ignatium velle ut in collegio neapolitano non desit qui curam sanitatis sociorum habeat. « N. P. vuole che si faci procuratore della sanità, come nel collegio Romano, et però si mandano qui le regole di esso »[1]. De illis regulis mentio fit etiam paulo post in litteris datis die 23 eiusdem mensis ad rectorem collegii neapolitani[2]. Denique die 23 iunii scribitur Roma in Siciliam ad P. Hieronymum Doménech, Provinciae praepositum: « Le Regole del procuratore della sanità, se non vanno con queste, andaranno col primo spacio »[3]. Textus illarum regularum valde probabiliter ille est quem nobis servavit cod. *Ci*, in ff 42*r*-44*v*. Eum hic damus, qualis in codice est.

OFFICIO DEL PROCURATORE DELLA SANITÀ.

Summarium. — *Prooemium: cur procurator sanitatis necessarius.* — 1. *omnes qui in domo sunt invigilet;* — 2. *Singulis hebdomadis quaerat ab unoquoque num aliquo egeat;* — 3. *inquirat etiam a praefecto refectorii et ab inservientibus;* — 4. *moneat rectorem et confessarios;* — 5. *nullam auctoritatem super alios habebit, sed tantum Superiori referat;* — 6. *Prudenter aliorum necessitates penset, et pauperes nos esse cogitet;*

[1] Cf. MI, *Epp.* XI, 45.
[2] Ibid. p. 50.
[3] MI, *Epp.* XII, 28.

— 7. particulares sociorum necessitates Superiori indicet; — 8. consideret fratrum corpora ut Christi instrumenta; — 9. curet ut fratres aliquod corporale exercitium faciant; — 10. ut recreationi intersint, ut focus, si opus est, accendatur; — 11. quibus cautionibus ientaculum dandum; — 12. curet ut aegroti invisantur, et secundum medici consilium eis provideatur.

Quantunque lo animo nostro così deve essere disposto nella santa gratia di Giesù Christo nostro Signor, che tanto ci contentiamo di essere infermi, quanto di essere sani, dove sia equale servitio di sua divina Maestà, niente di meno, perchè sani potiamo sostenere li travagli et fatiche, che per servire alli prossimi in Giesù Christo nostro Signore s'hanno a sostenere o in minesteri literali, o spirituali, o domestici, dovemo procurare conservare la sanità del corpo, quanto ci sia possibile, in maggiore servitio de Dio, et per meglio potere aiutare li prossimi nostri con aiuto de la divina gratia. Et perchè il Rectore non può vedere così ogni bisogno di ciascheduno, per conservar li sani, è necessario che ci sia uno come agiuto suo in questa parte che con carità et solicitudine miri sopra quelli di casa, acciochè, vedendo alcun bisogno, o pericolo che alcuno se infermi, avisi il Superiore, et si proveda in Giesù Christo nostro Signore[1].

Primo adunque, il procuratore della sanità, dessiderando che li fratelli si conserveno a maggior gloria di Dio, con charità et vigilantia mirerà sopra li sacerdoti, maestri, et scolari. Perchè sopra quelli mirerà specialmente che sonno più deboli et hanno più fatiche.

2°. Ogni settimana almeno una volta, quando meglio le parerà, domanderà come si ritrovano, se hanno bisogno, o che se li conzi le calze o scarpe, o altre cose per meglio conservarsi sani.

3°. Domanderà al credentiero et a' quelli che serveno in tavola, come mangiano, acciochè, se alcuno o per debelità, o per scrupulo, o per altra causa non pigliase il suo necessario, se li proveda in Domino per ordine del P. Rettore et consiglio del medico.

4°. Ritrovando alcuno bisogno da parte, con modestia, ri-

---

6 traugli *ms.* || 13 conservar li *ita separ. in ms.; fortasse melius* conservarli.

---

[1] Procuratoris vel praefecti sanitatis officium commendatur in Constitutionibus, part. 3, cap. 2, num. 6.

spetto et humiltà avise il P. Rettore, et haverà cura si proveda; et li confessori saranno avisati ancho che alcuni, o per sensualità no si faccino troppo delicati sotto pretesto di sanità, o per scrupulo di non si fare sensuali, patessino più di quello conviene con detrimento de la sanità loro.

5°. Non haverà lui authorità di far' dare cosa alcuna nè a questo nè a quello altro, se non tanto quanto li commetesse il P. Rettore, ma l'offitio suo sarà vedere, et referire et procurare con tutta charità, sollecitudine che si proveda, avisandone il Superiore.

6°. Et sapia che, come ha da essere abondante in charità et scluso l'affetto del sangue, et da questo et da quello che non ha nè po fare cosa bona, così debbe essere molto prudente nel vedere le necessità et nel saper trattarle, perchè essendo poveri, come per maggior gloria di Dio dovemo mirare in Domino conservare li nostri et fare non li manchi il necessario, così ci dovemo guardare et dal superfluo et dalle delitie.

[7°]. E perchè non è equale la complessione de tutti, nè tutti anco hanno le medessime fatiche; vederà di havisare il P. Rettore dove giudicherà essere necessario di più, o cerca il cibo, o circa il vestito et letto di alcuni, et mirando etiam sopra la qualità, et tutto con libertà santa et con vero desiderio che la sanità si conservi per più servitio del Signore.

[8°]. Et per essercitarse meglio a fare il suo offitio miri che li corpi de fratelli sono instrumento et vivi membri di Giesù Christo, per opugnare la iniquità del mondo, et aiutare il servitio di sua divina Maestà; et però sarà sollecito a vedere che si conservino bene, per poter' servire al fine che se pretende.

[9°]. Sua cura sarà, fare che li fratelli faccino essercitio alquanto o in spazare, o in altra cosa che se possa fare nel giardino. per loro.

[10°]. Avertirà che stiano insieme la hora integra della recreatione, quanto sia possibile, et se li paresse che alcuno non dovessi andare alla cucina, ne aviserà il P. Rettore, et farà fare il foco per quello che serve alla tavola, avanti si partino da mensa.

---

43 da *corr.ex* de || 47 dovemo *corr.ex* devemo || 51 [7°] *Hucusque in ms. paragraphi habent numerum praefixum, qui in sequentibus deest.* || 68 dovessi *corr.ex* dovesse.

[11°]. Se alcuno havesse bisogno di fare colatione, piglierà ordine dil P. Rettor di fare che il credentiero gli la dia [2] ma advertirà che facendossi collatione non si parli, et quelli che non osservassero silentio, non se gli dia colatione.

[12°]. Se fussino infermi, procurerà siano visitati, et li sia provisto secondo l'ordine del medico, et tutto farà con allegrezza in Domino et charità.

---

[2] De usu ientaculi in antiqua Societate Iesu vide superius Mon. 48.

APPENDIX I

REGULAE GOANAE A. 1552-1553

Praefatio

Sanctus Franciscus Xaverius ad Sinas profecturus anno 1552, epistola et Instructione data patri Gaspari Barzaeo die 6 aprilis eiusdem anni, eum collegii goanni rectorem, et Viceprovincialem seu Superiorem, se absente, omnium sociorum qui in India degebant, a promontorio Bonae Spei ad Iaponiam, constituit [1]. P. Gaspar Barzaeus aliquas regulas ex his quas P. Simon Rodriguez collegio conimbricensi dederat [2], collegio goano accomodavit; alias ipse condidit. Apographum harum regularum, ut ab Ignatio patre viderentur, Romam misit per fratrem Andream Fernández, qui anno 1553 Goa profectus, Romam die 14 octobris 1554 pervenit [3]. Regulas non allatas esse Romam ante adventum fratris Andreae Fernández confirmatur ex his quae ad P. Barzaeum scribebat P. Polanco die 24 decembris 1553 [4]. Responsum S. Ignatii circa illas invenire non potuimus. Ceterum iam anno 1555 pervenerunt Goam et promulgatae sunt a P. Antonio de Quadros regulae quae a P. Nadal in Lusitania et Hispania ann. 1553-1554 promulgatae erant, ut constat ex Litteris annuis goanis 20 decembris 1555, ex commissione patris Baltassaris Diaz datis. Unde apparet regulas patris Barzaei parum temporis viguisse.

Apographum Goa Romam missum illud esse videtur quod nunc servatur in Archivo Rom. S. I., cod. *Goa 10 II*, ff. 485-489. Charta, scriptura, reliqua, indicant apographum illud coaevum esse. Breviter indicare conabimur quid in his regulis commune sit cum regulis patris Simonis Rodriguez, et quid ab illis differat. Textum integrum non transcribimus, quia speramus illas in Monumentis Missionis Indicae editum iri.

Regulae goanae differunt *numero* a regulis patris Simonis. Aliqua enim officia, ut rectoris, procuratoris, etc., omissa sunt. Differunt etiam *ordine*, quia primo ponuntur *Regulae generales*, et

---

[1] Cf. MHSI, *Epp. S. Francisci Xaverii*, II, 335-339.

[2] Vide superius Mon. 4-32.

[3] Cf. Polanco, *Chron.* II, 777 sqq.; *Epp. S. Francisci Xaverii*, II, 343 et annot. 12.

[4] Cf. MI, *Epp.* VI, 90.

postea regulae singulorum officiorum; cum in regulis patris Simonis regulae singulorum officiorum praecedant *Regulas generales*.

In officiis, tituli generatim iidem sunt, sed materia libere tractata est, variatque satis.

In Regulis goanis, hi sunt tituli.

[A] ff. 485*r* « + Jhus Maria. — Regras de Casa gerais, da ordem / do bom Jhu. noso Salvador ».

[B] f. 487*r* « + Yhs. Mª. / Regras pera o mestre dos mininos / da escolla de ler e de screvir ». — Propriae sunt collegii goani, nec similes sunt in regulis patris Simonis.

[C] f. 487*v*. « *Avisos spirituais* os quais / se lerão aos sabados antes da confyssão ». Sunt fere ad verbum Monita patris Simonis [cf. sup. Mon. 25]. Desunt paragraphi 20 et 22 patris Simonis.

[D] f. 489 « Ihs. Maria. *Regras do Mº de Casa* ». Idem titulus est in regulis patris Simonis [sup. Mon. 6], sed materia valde diversa.

[E] f. 490*r* « Ihus + Maria. *Regras pera aquelles que regen os mininos* » ' Pera o padre Misser Paulo '. Nullae his respondent in regulis patris Simonis.

[F] f. 491*r* + Ihus. *Regras pera o Mtº. dos mininos orfãos* ». Neque his aliquae respondent in regulis patris Simonis.

[G] f. 491*v* « + Jhs-Mª. / *Regras do infermeyro* ». Remotam similitudinem (praeter titulum) habent cum regulis eiusdem officii patris Simonis (cf. sup. Mon. 8).

[H] f. 492*r* « + Jhus Maria. *Regras pera o roupeiro e despertador / tanger os isames e asender as candeias* ». Libere in compendium reducuntur quae pater Simon Mon. 10, 11, 17, 19 ordinarat.

[I] f. 494 « Jesus Mª. / *Regras pera o refeytoreyro* ». Non pauca communia habent cum regulis eiusdem officii a patre Simone dictatis. Cf. superius Mon. 12.

[K] f. 495 « + Jesus Mª. / *Regras do cozinheiro* ». Conferenti cum regulis patris Simonis (supra Mon. 14), apparebit has satis ab illis diversas esse.

[L] f. 495*v* « *Regras do despenseyro* ». Aliquae desumptae sunt ex regulis patris Simonis; (cf. Mon. 13); aliae satis diversae, aut novae sunt.

[M] f. 496*r* « + Jesus Mª. / *Regras pera o porteyro* ». Satis differunt a regulis patris Simonis (cf. Mon. 7), et quaedam non parum curiosa habent (n. 12) circa modum agendi ianitoris cum his qui commendationem patrum ad proregem vel gubernatorem habere volunt; vel pecuniam petunt.

[N] 498*r-v* « + Jhus. *Regras do sãocristão* ». Pendent a regulis aeditui patris Simonis (supra Mon. 21); intentiones vero pro quibus missae sunt dicendae, aliquantulum differunt. Aliorum officiorum non sunt regulae speciales in his goanis.

Ad finem huius officii et fasciculi sunt nomina quinque patrum, (Gasparis, Pauli, Morais, Vaz, Lopez) quos quis posset credere subscripsisse his regulis. Nobis potius videtur illum esse catalogum patrum qui in domo morabantur et missas ordine ibi indicato dicere debebant. Hoc indicare videtur *a primeira, a segonda*, etc.; praeterea non sunt subscriptiones autographae, sed apographae.

APPENDIX II

SUMMARIUM CONSTITUTIONUM TYPIS EDITUM LATINE ANNO 1560

Praefatio

Damus hoc loco versionem latinam Summarii Constitutionum, quae Romae anno 1560 typis edita est. Haec est prima latina editio, cuius exempla rarissima nunc sunt. Praeter hoc exemplum quod ad collegium « Civiltà Cattolica » Romae pertinet aliud erat Minorissae, in Hispania, in domo Societatis Iesu, ex quo illud edidit P. Augustinus Lara S. J. in opere: *Pláticas y Exposición de las Reglas generales de la Compañía de Jesús* por el V. Padre Baltasar Alvarez de la misma Compañía. (Madrid, 1910).

Versio tamen haec Summarii Constitutionum sub eodem titulo fideliter reddita est in Regularum editione quae Romae anno 1567, et Neapoli anno 1568 in lucem prodiit. Solummodo initium paragraphi [13]: « Magnum refert » mutatum est, in « Magni refert ». Exemplum hoc praeter frontem, quam ope photographiae exprimimus pag. sequenti, 14 paginis magnitudinis 16,5×11 centm. constat, totum litteris inclinatis impressum. Superius in Mon. 71 *Summarium Constitutionum* hispanum, a quo hoc latinum manifeste pendet, edidimus, et sicuti ibi post singulas paragraphos, huius latini Summarii respondentes paragraphos indicavimus, ita hic ad hispanas remittemus, in quibus, si quid annotandum erat, iam ibi factum est. Quandonam et a quo versio latina facta fuerit definire non possumus. P. Nadal, ut ibidem diximus, (vide superius, p. 316) in litteris ad S. Ignatium anno 1555 scriptis, dicit a se vel eius cura, versionem latinam factam esse; sed cum textus ille nobis incognitus sit, asserere non possumus, utrum haec eadem illa versio sit, an nova.

Coll. Penit. Soc. Jesu

QVÆDAM
EX CONSTI-
TVTIONIBVS CVM
REGVLIS COMMV-
NIBVS
SOCIETATIS,
excerpta.

Romæ, in ædibus Societatis IESV.
1560.

Frons editionis principis Summarii Constitutionum cum Regulis communibus. Mensura originalis 165 × 107 mm.

[p. 1] QUAEDAM EX CONSTITUTIONIBUS EXCERPTA, QUAE AB OMNIBUS OBSERVARI DEBENT.

[1]. SUMMA Sapientia et bonitas Dei Creatoris nostri ac Domini est quae conservatura creditur, gubernatura, atque promotura in suo sancto servitio hanc minimam Societatem IESV, ut eam inchoare dignata est [1].

[2]. EX parte Societatis, interna charitatis et amoris Lex, quam Spiritus Sanctus scribere et imprimere in cordibus solet, potius quam ulla externa constitutio ad id iuvabit: Quia tamen suavis Divinae Providentiae dispositio suarum cooperationem exigit creaturarum; et quia Christi Domini nostri Vicarius ita statuit, et Sanctorum exempla, et ratio ipsa nos id docet: necessarium esse arbitramur, ut Constitutiones, quae iuvent ad melius in via incepta divini obsequii, iuxta Instituti nostri rationem progrediendum, conscribantur [2].

[3]. HINC et illud necessarium est, ut quicunque in Societatem admittentur, exoptent in Domino perfecte observare Constitutiones omnes, et Regulas [p. 2] modumque procedendi illius, ex totis viribus atque ex animo adnitantur, divina gratia adiuvante, perfectam horum omnium observationem praestare [3].

[4]. RATIO vivendi Societatis in exterioribus, iustas ob causas (maius Dei obsequium semper intuendo) communis est, nec ullas ordinarias poenitentias, vel corporis afflictiones, ex obligatione subeundas habet; hae tamen duobus modis assumi possunt: vel cum quisque ad maiorem sui spiritus profectum iis sua sponte (cum approbatione tamen Superioris) utetur, vel cum Superior ad eundem finem iniunget [4].

[5]. POST ingressum in Domum, nemo pecuniam nec apud se, nec apud alterum habere potest [5].

[6]. CVM quis in domum admissus est, non debet communicare cum amicis, aut consanguineis, praesertim in initiis, nec literas accipere nec scribere, nisi iustas ob causas aliud Superiori, vel alteri, cui hoc munus Superior iniunxisset, videretur; et quandiu Domi fuerit, non debet scribere nec mittere literas iniussu Superioris, cui ostendendae sunt; nec accipere ad se aliunde scriptas, nisi per manum ipsius, cuius 'erit iudicare, conveniat nec ne reddere vel mittere literas [6].

---

[1] Cf. Mon. 71 [1], p. 320. [2] Ibid. [2], p. 320. [3] Ibid. [3], p. 320. [4] Ibid. [4], p. 321. [5] Ibid. [5], p. 321. [6] Ibid. [6].

[7]. UNUSQUISQUE eorum, qui Societatem ingrediuntur, consilium Christi Domini nostri sequendo, existimet ac statuat, sibi Patrem, et Matrem, Fratres, Sorores, et quicquid in Mundo habebat, esse relinquendum. Curent, ut omnem carnis affectum er[p. 3]ga sanguine iunctos exuant, et illum in spiritualem convertant, eosque diligant eo solum amore, quem ordinata Charitas exigit [7].

[8]. ITA vivere debent, ut Mundo, et amori proprio mortui, Christo Domino nostro soli viventes, eumque loco Patris, Fratris et rerum omnium habentes [8].

[9]. OMNES, qui Societatem ingrediuntur, debent ad maiorem in spiritu humilitatis profectum, aequo et libenti animo id accipere, ut omnes errores et defectus, qui in ipsis notati, atque observati fuerint, Superio[ri]bus suis, per quemvis, qui extra confessionem eos cognosceret, manifestentur [9].

[10]. DEBET item quisque boni consulere, ac paratus esse et ab aliis corrigi, et ad aliorum correctionem debita Charitate iuvare, ob maiorem in spiritu profectum, praesertim ubi ei fuerit a Superiore praescriptum [10].

[11]. QUI in Societatem recipiuntur, debent diligenter haec, quae sequuntur, considerare, et perpendere in conspectu Dei Creatoris ac Domini nostri [11].

[12]. QUANTOPERE conducat, et valeat ad vitae spiritualis profectum, omnino, et non ex parte abhorrere ab iis omnibus, quae Mundus amat, et amplectitur, amare autem, et concupiscere totis viribus, quicquid Christus Dominus noster amavit, et amplexus est. Quemadmodum autem mundani homines tanto studio quaerunt, et consectantur honores, [p. 4] famam, etc. sic ii, qui in spiritu procedunt, et serio Christum Dominum nostrum sequuntur, ament, et ardenter expetant, quae iis omnino contraria sunt, et induant eandem vestem, atque insignia Domini sui, pro divino ipsius amore, ac reverentia: adeo, ut si sine offensione ulla Divinae Maiestatis, et absque proximi peccato foret, optare debeant contumelias, falsa testimonia, et iniurias pati, et stulti haberi, (nulla tamen ad id data occasione) ut aliquo modo Creatorem, ac Dominum nostrum IESVM Christum imitentur; quandoquidem huius rei exemplum nobis praebuit, et viam, quae ad veritatem, et vitam aeternam ducit, ille aperuit, et munivit [12].

---

[7] Ibid. [7]. [8] Ibid. [8]. [9] Ibid. [9], pp. 321-322. [10] Ibid. [10], p. 322. [11] Ibid. [23], p. 324. [12] Ibid.

[13]. MAGNUM refert, imo necesse est non solum iis, qui in probatione versantur, sed etiam omnibus, qui in Societate vivunt, omnes imperfectiones exuere, ac semovere a se, quicquid sibi potest in susceptis propositis impedimento esse [13].

[14]. CUM iis igitur personis, et iis de rebus agant omnes, quae iuvent ad id consequendum, quod in Societate, ad obsequium Dei Domini nostri, sibi proposuerunt, in via spiritus progrediendo [14].

[15]. DOMO non egredientur, nisi quando, et cum quo socio Superiori visum fuerit [15].

[16]. NEC Domi hi cum illis libere, pro suo arbitratu, agent, vel colloquentur; sed cum iis tantum, quos Superior destinabit ad aliorum spiritualem edification[p. 5]em, atque profectum [16].

[17]. OMNES diligentissime studeant portas suorum sensuum custodire, et praecipue in visu, auditu, et locutione, ab omni affectu inordinato abstinere, et semper pacem, veramque humilitatem suae animae retinere, eamque in exterioribus, in silentio, cum id observandum est: cum autem loquendum, in aedificatione, et circunspectione verborum, et modestia vultus, ac decore sive gravitate incessus, motusque omnis, sine ullo impatientiae vel superbiae signo, exibere, ac prae se ferre; quin potius in omnibus optent et studeant seipsos humiliare, potiores partes aliis deferre, omnes in animo suo tanquam sibi Superiores ducendo, et exterius honorem, et reverentiam, quam exigit cuiusque status cum simplicitate, et moderatione religiosa exibendo: atque ita fiet, ut se mutuo considerantes, omnes in devotione proficiant, et ad Deum Dominum nostrum laudandum excitentur [17].

[18]. DEBENT dare operam, ut quisque in altero Deum Dominum nostrum, ut in sua imagine, agnoscat [18].

[19]. QUI Sacerdotes non sunt, octavo quoque die confitebuntur, et Sanctissimum Eucharistiae Sacramentum accipient, nisi Confessario, aliquod esse ad communionem impedimentum, videretur [19].

[20]. SACERDOTES facta, ut minimum, octavo quoque die Confessione, crebrius Missae Sacrificium [p. 6] offerent: ita tamen id est accipiendum, ut simul ordinationes vel

---

[13] Ibid. [24], p. 325. [14] Ibid. [25]. [15] Ibid. [26]. [16] Ibid. [27].
[17] Ibid. [28], pp. 325-326. [18] Ibid. [29], p. 326. [19] Ibid. [12], p. 222.

Constitutiones alias Domus (ut in eius Regulis edocti erunt) observent [20].

[21]. OMNES, qui Domi sunt, in ediscenda Doctrina Christiana, si eam ignorent, se exercebunt [21].

[22] OMNES item in praedicatione exerceantur, quos Superior exercendos iudicabit [22].

[23]. VICTUS, vestitus, et lecti rationem quisque cogitet fore ut pauperibus accommodatam. Quicunque vero Societatem ingreditur, persuadeat sibi, eorum, quae Domi erunt vilissima, ipsi datum iri, propter maiorem sui abnegationem, et spiritualem profectum [23].

[24]. DEBENT omnes ea officia, ac ministeria, a quibus sensus magis abhorret, magis expetere, eoque promptius, atque libentius suscipere, cum iubentur [24].

[25]. UBI quis Coco inservit, debet illi cum magna humilitate in rebus omnibus ad ipsius officium pertinentibus obedire, et hoc, quod de obedientia erga cocum dicitur, in aliis humilibus officiis intelligatur, ubi quis in eis ministerium suum operamve praebet: atque eodem modo accipiatur in officiis subordinatis eorum, qui accepta a Superiore authoritate Domum gubernant [25].

[26]. AEGRITUDINIS tempore unusquisque obedientiam praestare debet magna cum puritate non solum Superioribus spiritualibus, qui ipsius animam regunt, sed etiam cum eadem humilitate Medicis corporalibus et infirmorum praefectis, qui corpus [p. 7] curant [26].

[27]. QUI in morbum inciderit, humilitatem, et patientiam suam prae se ferendo, non minorem aedificationem, dum aegritudine laborat, iis, qui ipsum invisent, et cum ipso versabuntur, quam cum corpore valebat, ad maiorem Dei gloriam praebere studeat: curetque ex sua infirmitate fructum sibi ad aliorum aedificationem colligere, eam beneficii loco a Deo Creatore et Domino nostro collati ducendo: cum non sit minoris, quam sanitas, aestimanda [27].

[28]. QUICUNQUE in Societatem receptus est, debet esse paratus ad recipiendas, et implendas quasvis poenitentias, per hunc, vel illum pro suis erratis atque defectibus irrogatas, atque ad perfecte obediendum in his omnibus supra dictis, caeterisque quibuslibet rebus [28].

---

[20] Ibid. [13], p. 322. [21] Ibid. [14]. [22] Ibid. [15]. [23] Iib. [16]. [24] Ibid. [17]. [25] Ibid. [18], p. 323. [26] Ibid. [19]. [27] Ibid. [20]. [28] Ibid. [21].

[29]. QUISQUIS in Societate ad maiorem Dei gloriam vivere volet, priusquam ad primam probationem accedat, vel postquam ingressus fuerit, antequam generaliter examinetur, vel (si Superiori differendum videretur) post examen intra aliquot dies sub sigillo confessionis, vel secreti, vel quocumque modo ei placuerit, debeat conscientiam suam magna cum humilitate, puritate, et charitate aperire, re nulla, quae Dominum universorum offendat, caelata, et totius ante actae [p. 8] vitae reddere rationem integram, vel certe rerum maioris momenti Superiori, qui tum fuerit Societatis, vel cui ille iniunget. Et usque ad professionem quidem sexto quoque mense, post Professionem vero singulis annis rationem item suae conscientiae reddet dimidiati vel totius anni, ut in omnibus melius in Domino procedatur, ipseque magis in spiritu, cum gratia uberiori, ad maiorem Divinae Bonitatis gloriam, proficiat [29].

[30]. IN corporis refectione curandum est, ut temperantia, modestia, et decentia interius et exterius observetur, in benedictione, et gratiarum actione conveniens devotio ac reverentia, et dum corpus edendo reficitur, sua etiam animi spiritualis refectio in Domino ex lectione vel concione, quae tum temporis habetur, praebeatur [30].

[31]. DETUR opera ne otium, malorum omnium origo, quoad eius fieri poterit, domi locum habeat [31].

[32]. DISCANT omnes experiri sanctae paupertatis virtutem, nulla re tanquam propria utentes [32].

[33]. INTELLIGANT et se non posse quicquam, quamvis vilissimi pretii, vel momenti, ex his, quae domi sunt, mutuum dare, vel accipere, vel disponere sine Superioris consensu [33].

[34]. STUDEANT item in suis spiritualibus exercitationibus, et devotionibus a Daemonis cavere illusionibus; et simul rationes teneant, quibus et ad [p. 9] superandas tentationes utantur, et veris, solidisque virtutibus consequendis insistant, sive plures adsint consolationes spirituales, sive pauciores: curentque omnes semper in via Divini servitii progressum facere [34].

---

[29] Ibid. [22]. Notandae aliquae discrepantiae a textu hispano: *Intra aliquot dies* pro hispano: *dentro de algunos meses.* Et in fine additamentum: *Et usque ad professionem — proficiat,* quod deest in textu hispano. [30] Ibid. [30], p. 326. [31] Ibid. [31]. [32] Ibid. [32]. [33] Ibid. [33]. [34] Ibid. [34].

[35]. UTANTUR quotidie suae conscientiae examinatione [35].

[36]. SIT unus omnium Confessarius a Superiore constitutus, quod si id fieri nequit, quisque certe suum stabilem habeat Confessarium, cui suam conscientiam prorsus aperiat [36].

[37]. ADMONEANTUR item, quod nullam debeant suum Confessarium, vel Superiorem caelare tentationem; imo vero totam animam suam, defectus, poenitentias, mortificationes, devoti[o]nes, ac virtutes omnes, illis notas esse atque perspectas gaudere debent, voluntate pura optantes ab illis dirigi, sicubi a rectitudine deflecterent [37].

[38]. NEMO autem velle debet suo sensu duci; sed illum eius iuditio subiicere; quem Christi Domini nostri loco habet [38].

[39]. ANTEVERTERE oportet tentationes, adhibitis earum contrariis, ut cum quis animadvertitur ad superbiam esse propensus, exercendus est in rebus humilioribus et abiectioribus, quae ad humilitatem adiuturae credentur, et sic de aliis pravis animae propensionibus, atque tentationibus intelligatur [39].

[40]. DEBET quisque cum vero emendationis et spi- [p. 10]ritualis profectus desiderio, poenitentias omnes prompta voluntate, ac libenti animo admittere [40].

[41]. IDEM sapiamus omnes, idem omnes dicamus, ut Apostolus admonet. Doctrinae dissonantes non admittantur, nec verbo nec libris scriptis; libri vero nec scribi, nec edi debent sine peculiari approbatione atque consensu Superioris [41].

[42]. IN rebus item agendis iudiciorum diversitas evitetur, quae solet esse mater discordiae, et inimica unionis voluntatum: quae unio atque conformitas mutua et fraterna quam diligentissime quaerenda est et conservanda [42].

[43]. OMNES suum tempus certum rebus spiritualibus impendant, et devotioni quaerendae pro mensura divinae gratiae sibi communicandae insistant [43].

[44]. TRACTENT saepe de sui abnegatione, de virtutibus, de omnimoda perfectione, ad eam se mutuo adhortantes, et praecipue ad unionem, et charitatem fraternam [44].

[45]. MAGNOPERE confert devote quoadeius fieri poterit,

---

[35] Ibid. [35], p. 327. [36] Ibid. [36]. [37] Ibid. [37]. [38] Ibid. [38]. [39] Ibid. [39]. [40] Ibid. [40]. [41] Ibid. [41]. [42] Ibid. [42], p. 328. [43] Ibid. [43]. [44] Ibid. [44].

ea munera obire in quibus praecipue humilitas, et charitas exercetur [45].

[46]. ET in universum loquendo, quo quis arctius se cum Deo coniunxerit, quoque liberaliorem erga divinam eius Maiestatem se praestiterit, eo largiorem illum in se experietur, et ipse in dies magis idoneus erit ad gratias et dona spiritualia uberiora recipienda [46].

[p. 11] [47]. EXPEDIT inprimis, ut omnes internae obedientiae se dedant, Superiorem (quicunque ille sit) tanquam Christum Dominum nostrum intuentes, interna illum reverentia, et amore prosequantur; nec solum in externa executione eorum, quae iniungit, integre, prompte, fortiter, et cum debita humilitate, sine excusatione, et obmurmuratione obediant; licet difficilia, et sensualitati repugnantia iubeat: verum etiam nitantur resignationem et abnegationem veram propriae voluntatis et iudicii habere, velle, ac sentire suum cum eo, quod Superior vult, et sentit, omnino conformantes: cuius quidem Superioris voluntatem, ac iudicium pro regula suae voluntatis et iudicii sibi proponent, et sequentur: quo perfectius primae ac summae regulae omnis bonae voluntatis et iudicii, quae est aeterna bonitas et sapientia Dei Domini nostri, conformentur [47].

[48]. QUOD ad obedientiae virtutem attinet, convenit atque adeo necessarium est, ut omnes, non modo Superiori Societatis, vel domus, sed etiam subordinatis officialibus, perfecte obediant. Idcirco adnitantur, et assuescant non intueri, quis ille sit, cui obediunt, sed potius quis ille, propter quem in omnibus obediunt, qui est Christus Dominus noster [48].

[49]. OMNES rectam intentionem, non solum in statu vitae suae, sed etiam in omnibus particularibus rebus habere contendant. [p. 12] Et semper in omnibus sincere spectent, ut servire, et placere divinae Bonitati possint propter seipsam, atque adeo propter Charitatem, et eximia beneficia, quibus nos praevenit potius, quam propter timorem poenarum, vel spem praemiorum, quamvis hinc etiam iuvari debeant [49].

[50]. ADMONEANTUR omnes, ut assidue Deum Dominum nostrum in rebus omnibus quaerant [50].

[51]. ET studeant, quantum fieri poterit, amorem omnium creaturarum exuere, et affectum universum in ipsarum

---

[45] Ibid. [45]. [46] Ibid. [46]. [47] Ibid. [47]. [48] Ibid. [48], p. 329. [49] Ibid. [49]. [50] Ibid. [50].

Creatorem conferre; eum in omnibus, et omnes in eo, iuxta sanctissimam ac divinam ipsius voluntatem amando [51].

[52]. STUDIUM in quod et illi, qui in probatione versantur, et caeteri omnes incumbent, id esse debet, quod eos magis ad superius dictam sui abnegationem, et in virtutibus ac devotione profectum, iuvabit [52].

[53]. IN Domibus et Collegiis sit aliquis semper, qui singulis hebdomadibus, vel certe decimo quinto quoque die haec, et similia, in memoriam omnibus redigat [53].

[54]. OMNES vero, qui in probatione sunt haec legere teneantur, ne pro nostrae fragilis naturae conditione obliti, ab eorum executione cessent [54].

[55]. ALIQUOTIES singulis annis, omnes a Superiore sibi aliquam poenitentiam iniungi, propter defectum observationis Regularum petant, ut haec cura [p. 13] inditium sit illius, quam de suo profectu spirituali in via Domini quisque habere debet [55].

[56]. NIMIA sollicitudo in iis, quae ad corpus pertinent, merito est reprehensibilis [56].

[57]. CURA moderata tuendae ad divinum obsequium valetudinis, ac virium corporis, laudabilis est, et ab omnibus adhibenda [57].

[58]. HAEC autem cura, quamvis Superiorum propria esse debeat, omnes tamen cum animadverterint aliquid sibi nocere, vel quid aliud necessarium esse circa victum, vestitum, et habitationem, officium, seu exercitium, Superiorem, vel quem ad id Superior constituerit, admonere debent: duo interim observantes: unum, ut antequam ad eum quid referant, se ad orandum paulisper recipiant; et post orationem si senserint rem esse proponendam, proponant; alterum, ut ubi verbo aut scripto (ne memoria excidat) rem exposuerint, Superioribus omnem expositae rei curam relinquant, et quicquid illi statuerint, optimum esse ducant; nec contendent; nec urgebunt, vel per se, vel per alium, sive concedatur quod petitur, sive non: sibique persuadeant, quod Superior, re intellecta, statuerit, id magis ad divinum obsequium, ac suum maius bonum in Domino expedire [58].

[59]. MENTALIA exercitia exterius interrumpi debent, et non continuari sine discretionis mensura [59].

---

[51] Ibid. [51]. [52] Ibid. [52]. [53] Ibid. [53], p. 330. [54] Ibid. [54]. [55] Ibid. [55]. [56] Ibid. [56]. [57] Ibid. [57]. [58] Ibid. [58]. [59] Ibid. [59], p. 331.

[60]. CORPORIS castigatio immoderata esse non de- [p. 14]bet nec indiscreta in abstinentiis, vigiliis, aliisque externis poenitentiis ac laboribus, quae et detrimentum corporis afferunt, et maiora bona impediunt [60].

[61]. IDEO convenit, ut quisque suo Confessario aut Superiori explicet quicquid in hoc genere faciat; In omnibus autem curandum est, ut maiori cum lumine procedatur, et in animis, atque corporibus nostris, Deo ac Domino nostro maior gloria deferatur [61].

[62]. QUOD ad externarum rerum conservationem pertinet, ea ab omnibus cura adhibeatur, quam singulis ratio, charitasque praescribit [62].

APPENDIX III

REGULAE COMMUNES TYPIS EDITAE LATINE ANNO 1560

Praefatio

Superius Mon. 23, (pp. 70-79) dedimus Regulas communes patris Simonis Roderici lusitane et latine, et Mon. 44 (pp. 157-168) *Regulas communes* Sti. Ignatii, anno 1549 italice scriptas, et Mon. 67 (pp. 284-293) novam redactionem etiam italice, factam anno 1551; tandem Mon. 72 (pp. 332-344) Regulas additas a patre Nadal regulis communibus anni 1553-1554, hispanice. Versio latina typis edita Romae anno 1560 simul cum *Summario Constitutionum* 14 paginis constat eiusdem magnitudinis iisdemque typis impressis ac Summarium. Haec versio satis accedit ad regulas communes italas anni 1551 (Mon. 67, pp. 284-293). Post singulas paragraphos indicabimus respondentes paragraphos illarum regularum. Novae sunt aliquae regulae, ut videri poterit. Haec regularum communium redactio latina patris Lainez non mansit immutata usque ad Mercurianum, ut Summarium; nam in editione S. Francisci Borgiae anni 1567, satis mutata est et abbreviata. Tres partes ad duas contractae sunt; et 64 paragraphi ad 40 redactae.

---

[60] Ibid. [60]. [61] Ibid. [61]. [62] Ibid. [62].

[p. 15] REGULAE OMNIBUS IIS COMMUNES QUI DOMI AGUNT

Harum aliquae ad spiritualem, internumque fructum singulorum domesticorum pertinent: Aliae praeter hoc spectant etiam ad externam aedificationem tum domi, tum foris, ad communem utilitatem:

Aliae ad curam corporis necessariam referuntur, cuius ministerio ad internum externumque bonum utendum est.

QUAE AD SPIRITUALEM INTERNUMQUE PROFECTUM PERTINENT

[1]. SINGULI suo Confessario, die statuto, confitebuntur, primumque omnium dicent, quando postremo confessi sint: neque alii domi, vel foris confitebuntur; nisi ita Superior, aut Confessarius, in casu aliquo, praescripserit; quod dum fiet, nihil erit quod confessionem eam repetant: sed si aliqua necessitate coacti, vel non occurrente eorum Confessario, non habita facultate, alii confiterentur, cum primum suo Confessario confitebuntur, confessionem ab eo tempore exordientur, quo illi postremo confessi fuerant, aut saltem, quae sibi evenere praecipua, referent [1].

[2]. QUI constituto dię non fuerint confessi, aut com-[p. 16]municaverint, eis die sequenti nulla detur corporalis refectio, quoad spiritualem receperint [2].

[3]. QUOTIDIE primo sacro intersint, et in eo statutis diebus communicent, nisi ex facultate habita, vel legitimo impedimento aliud liceat [3].

[4]. NEC praeter decorum scamnis murisve innitantur; sed vel flectant genua; vel stent, cum Evangelium legitur: nec novo aliquo aut singulari gestu utantur, sed cum devotione pariter et aedificatione preces suas offerant. Omnes vero Sacerdoti ad altare ministrare discant, si id nesciunt [4].

[5]. OMNES praefinitum sibi tempus quotidiano exami-

---

[1] Cf. Mon, 67, [1], [1], p. 285. [2] Ibid. [2], p. 286. [3] Ibid. 3. [4] Ibid.

ni, orationi, meditationi, lectionique impendant cum omni diligentia, in Domino [5].

[6]. CONCIONEM lectionemve, quae in templo nostro habebitur, ex eo loco audient, qui eis assignatus fuerit; nisi quis Superioris iussu aliis rebus occupetur [6].

[7]. QUI ad mensam legit, dum ei utile aliquid ex intelligentia eorum, quae legit, in mentem venit, id aliis explicare poterit: tantum modestiae, et humilitatis rationem habeat [7].

[8]. NEMO rem ullam ex domo, vel ex alicuius cubiculo sibi usurpet, quae a Ministro collata non sit [8].

[9]. NEMINI quicquam ulli ex domesticis praecipere liceat, praterquam Superioribus, et iis, quibus erit in aliquos ea authoritas concessa, ut Coco in Coadiuto-[p. 17]rem suum, caeterisque similiter in suis officiis [9].

[10]. NEMO quenquam, absque expressa Superioris facultate, vocabit, ut cum externo aliquo loquatur [10].

[11]. CUM quis externus domum venerit, eum illi tantum alloqui poterunt, qui vel generalem ad hoc, vel particularem a Superiore facultatem acceperint [11].

[12]. SERVENT singuli silentium cum iis, quibuscum loqui citra facultatem non possunt (nisi exigua res aliqua, aut necessaria intercederet) exceptis iis locis, et temporibus, quae recreationi deputata fuerint. Sciant autem omnes Censorem aliquem inter ipsos fore. Cum quibus vero loqui pro arbitrio licet, cum iis silentium habebitur constitutis locis, ac temporibus [12].

[13]. NEMO vel Sacerdos, vel laicus, quempiam e Societate hortabitur, animabitque, ut Professus, vel Sacerdos, vel Scholasticus fiat [13].

[14]. NEMO Ecclesias, aut loca pia sine Superioris facultate inviset, quam quidem facultatem ordinarie, pridie illius diei petet, quo iturus est. Eadem etiam petetur, cum quis exercitii gratia exire deambulatum vellet [14].

[15]. NEMO bella contentionesque Christianorum Principium Dominorumve in sermonem, aut colloquium inducat, neque de eis agat cum domesticis aut iis omnino, qui e Socie-

---

[5] Ibid. 4. [6] Ibid. [5b]. [7] Ibid. 6. [8] Ibid. 9, p. 287. [9] Ibid. 10. [10] Ibid. 11. Ibi tamen expresse solum de noviciis agitur. [11] Ibid. 12. [12] Ibid. 13 *partim*. [13] Ibid. 14. [14] Ibid. 15 et annot. ibi positam.

tate sunt, neque cum externis: alioquin eidem poenae subiaceat, quae illis est ir-[p. 18]rogata, qui, quos non licet, alloquuntur. Ad huius autem rei observationem peculiares constituantur Censores [15].

[16]. In abstinentia sextae feriae, Societatis consuetudo servetur: ubi ieiunium aliud in eam hebdomadam non inciderit [16].

SECUNDAE AUTEM, QUAE AD COMMUNE BONUM, EXTERNORUMQUE AEDIFICATIONEM SPECTANT, HAE SUNT

[17]. NEMO Domum ingredietur, vel egredietur, nisi per consuetam ianuam, idque admonito Ianitore, quo profecturus sit [17].

[18]. DENT operam omnes, ut quiete incedant, praesertim in viis publicis, aut in Templo, neque indecore discurrant, neque caput leviter huc illucque convertant; imo vero oculis, quantum decet, demissis; ut internam devotionem pariter, et externam modestiam prae se ferant [18].

[19]. NEMO in alienum cubiculum, neque in locum alieno ministerio deputatum ingredietur, nisi facultate a Ministro habita: quod si esset intus aliquis, non prius clavi manum apponat, introeundi gratia, quam sibi audierit dici, Ingredere; cumque ingressus fuerit, tamdiu ianua aperta esto, quamdiu una fuerint. Nec ullus, etiam si sit solus, ita unquam cubiculum suum obseret, quin extrinsecus aperiri possit, nec arcam ul-[p. 19]lam habeat clavi obseratam [19].

[20]. OMNES submissa loquantur et mutata voce, aut huiusmodi, in signum humilitatis, et religiosae vitae. Ad hoc tamen non astringuntur ii, qui praesunt. His enim licet, prout expedire censuerint, vocem attollere [20].

[21]. NEMO vel petat quicquam, vel donet, extra Domum, absque Superioris facultate [21].

[22]. NEMO a quoquam externo consilium petat, neque iudicium eius de re ulla inquirat, neve casus conscientiae cum eo conferat, non consulto prius Superiore [22].

[23]. NEMO cuiquam vel domestico, vel externo dabit,

---

[15] Ibid. 16. [16] Cf. Addita Regulis communibus, 4 (p. 335). [17] Cf. Reg. Comm. [I], 7 (p. 286). [18] Cf. [II], 1 (p. 288). [19] Ibid. 2. [20] Ibid. 3. [21] Ibid. 4. [22] Ibid. 5.

vel scriptas mittet meditationes, aut spirituales instructiones, nisi a Superiore facultate accepta [23].

[24]. NEMO alieno se officio immisceat, neque alios reprehendat, nisi forte admonendo cum fraterna charitate tum cum non dubitaret fructum inde et aedificationem esse consequuturam: alioquin cura haec illis relinquatur, quibus est a Superiore commissa. Poterit tamen, si quid videret, quod non decere iudicaret, id Superiori indicare, ut prospiciat. Verum hoc ne fiat coram eo, qui notatur, ne eos mutuo succensere contingat [24]. [p. 20]

[25]. NEMO colloquiis aliorum non vocatus se adiungat, nisi id illis gratum fore existimet, multo vero minus, si Superiores fuerint, et aliquem reprehendendo, vel alio modo alloquantur. Quem Superior alloquitur, aut reprehendit, is humiliter audiat eumque loqui sine interpellatione sinat [25].

[26]. OMNES caput Superioribus aperiant, et ei, qui eorum vicem gerit in domo, omnesque item laici Sacerdotibus, et discipuli suis Praeceptoribus. Superiores autem magna cum reverentia venerationeque alloquantur [26].

[27]. CUM iis, qui in prima versantur probatione, nemo loquetur sine Superioris facultate, exceptis consuetis salutationibus, quas dum obvii fiunt, exigit modestia [27].

[28]. OMNES obedient Superiori, et Ministro, laici etiam Subministro: eidem et Sacerdotes, cum Ministri nomine illos alloquetur. Nec cibus iis, qui non paruerint, inscio Superiore detur [28].

[29]. QUO tempore secularia festa dissolutionesque fiunt publicis in viis, sicut, verbi gratia, ante Quadragesimam diebus aliquot, pluribus, paucioribusque, prout ad aedificationem facere videbitur, nemo egrediatur domo sine Superioris facultate [29].

[30]. OMNES, qui excepti non fuerint a Superiore, tonos addiscant [30].

[31]. EXITURI, ingressurive domum, ne saepius, [p. 21] quam semel, pulsent tintinabulum, tanto intervallo temporis, quanto redire ex eo loco ianitor possit, in quem nunciaturus aliquid esset fortasse profectus; neque ingrediendo, aut egre-

---

[23] Cf. Reg. gen. P. Simonis Rodriguez, n. 25 (p. 76, 77); Addita Reg. Comm., n. 35 (p. 340). [24] Reg. Comm. [II], 7 (p. 288). [25] Ibid 8, 9 (p. 289). [26] Addita Reg. Comm., n. 21 (p. 339). [27] Cf. Reg. Comm. [II], 10 (p. 289). [28] Ibid. 11. [29] Ibid. 12. [30] Ibid. 13.

diendo, ad ianuam subsistant. Loquuturi vero cum aliquo, decedent in partem aliquam, ubi transeuntibus impedimento esse non possint: relicto interim suo discretioni loco, ut cum hominibus honore atque observantia dignis, quoties loquendum erit, id vel in templo, vel domi, prout ipsi maluerint, fiat [31].

[32]. QUI domo sunt exituri, dum facultatem a Superiore, vel Ministro petunt, simul etiam aperiant, quo sunt ituri, et quam ad rem: eademque die referant eidem quid de ea re egeri[n]t, sicut velle ipsum intelligent, et res postulabit [32].

[33]. CUM primum sterni mensae et refectorium coeperit, nemo illic esto, praeter eos, qui ad illud munus necessarii sunt, tum mane, tum vesperi, quoadusque secundum campanae signum audiatur; tum vero relictis omnibus, etiam incoepta litera, in refectorium conveniant, ut primae mensae intersint, nisi expectare secundam ex facultate illis liceret. Quodsi absit quisnam a prima, alicui ex Superioribus rationem reddat, cur non adfuerit. Si post coeptam primam venerit, secundam expectet: sin ei facultas sit propter occupationes, ut quavis hora ingredi possit, eum, qui refectorii curam gerit, admoneat, ut eum [p. 22] venisse intelligat [33].

[34]. SI interea dum cibus sumitur, nihil legeretur, danda erit opera, ut boni aliquid cogitent, ne ciborum gustu nimium occupentur, neque curiose inspiciant, parumne an multum alii comedant [34].

]35[. SINGULI tum Sacerdotes, tum laici cum primum surgunt, lectum suum operiant, atque ante aut post Sacrificium, prout diversis temporibus praescriptum fuerit, recte componant, et scopis cubiculum verrant, nonnullis exceptis, qui ob occupationes maioris momenti, aut valetudinis infirmitatem id praestare non possunt, quibus Minister alium aliquem assignabit, cuius opera subleventur [35].

[36]. CUI fuerit rei alicuius cura commissa, si impedimentum aliquod intervenerit, aliquem admoneat e Superioribus, ut illi rei provideat [36].

[37]. NEMO, dum accumbit mensae, manum pileo admovebit, ut caput detegat cuivis domestico et Sacerdoti, nisi is fuerit, qui Domui toti praeest [37].

---

[31] Ibid. 15. [32] Addita Reg. Comm., n. 5(p. 336). [33] Reg. Comm. [II], 16 (p. 289). [34] Cf. Addita Reg. Comm.,n. 28 (p. 339), et 41 (p. 341). [35] Reg. Comm. [II], 17 (p. 290. [36] Ibid. 18. [37] Ibid. 20.

[38]. CUM in mensa quicquam alicui deest, is, qui proximus est admoneat eum, qui ministrat [38].

[39]. NEMO affliget vel evellet clavum aut imaginem in suo cubiculo sine Ministri facultate [39].

[40]. NEMO domi, vel foris, ioco vel quovis modo alium tanget, praeterquam amplexando, cum quis aut abit, aut redit peregre, eo modo, quo fieri solet in signum charitatis. Is vero quem quispiam secus con-[p. 23]tingeret, nisi eum detulerit, ea poena mulctetur, qua ii, qui, quos ipsis non licet, alloquuntur [40].

[41]. SINGULI parato sint animo, ad id exequendum prompte, quod facere iubebuntur, quantumvis supra suas vires esse sentirent, veluti ut concionentur Graece, Hebraice, Latine, Germanice, aut quavis alia lingua, aut modo, etiamsi ea lingua ne verbum quidem proferre nossent: id nimirum spectantes, quod ab obedientia quaeritur, id esse, promptum scilicet animum ad propriam mortificationem. Quare, cuicunque hoc mandaretur, statim citra excusationem ullam aut reluctationem, suggestum conscendat; et si quidem verba aliquot norit, ea proferat, sin minus, dicat: Ecce paratus sum, quid me vultis dicere? nec prius inde descendat, quam ei facultas detur [41].

[42]. PARATI sint omnes patienter humiliterque accipere reprehensionem, obiurgationem, vel increpationem, non a Superiore modo, sed a domesticorum minimo, idque tum privatim, tum publice, coram domesticis, vel externis: quantumvis sine ulla causa id fieret. Ferant omnes lubenter mores suos a quovis notari, nec solum si causa adsit, imo etiamsi nulla sit: velintque (quod ad se attinet) a quovis patienter audire, quae ille de ipsis cogitarit, vel vi-[p. 24]derit, tametsi coram aliis omnibus ea dicerentur; imo vero postquam notatus ea censura fuerit, summa cum humilitate gratias aget Censori, petitaque venia, emendationem pollicebitur [42].

[43]. QUI gravem tentationem alicuius noverit, praesertim rerum essentialium, ut vocationis, statim Superiorem admonebit [43].

[44]. DUM sunt extra domum, et per viam aliquam locumve iter habent, ubi signum campanae ad salutandam B. Virginem datur, salutabunt et ipsi, sursumque, ac tertio, aut sae-

[38] Reg. Comm. [III], 4 (p. 291). [39] Reg. Comm. [II], 24 (p. 290). [40] Ibid. 24. [41] Cf. Mon. 105. [42] Ibid. [43] Addita Reg. Comm., n. 19 (p. 238).

pius, si inter progrediendum idem alibi fiat, faciant ut primum, ne ii, qui orant, nec sciunt nostros orasse antea, offensionis occasionem inde accipiant.

[45]. AD maiorem unionem eorum, qui in Societate vivunt, maiusque auxilium eorum, apud quos habitant, singuli eius regionis, in qua resident, linguam addiscant, non autem suam, si diversae nationis fuerint; ut verbi gratia, Parisiis Gallicam, Viennae Germanicam, Romae Italicam, quoad eam perdidicerint. Hunc in finem destinetur aliquis, qui lectionem unam vulgaris Grammaticae externis quotidie legat, quorum ei catalogus dabitur; qui nec poterunt alia lingua, quam illa, alios alloqui, nec eos alii (nisi forte interpretandi gratia voces aliquas, quo facilius intelligantur) salva tamen sermonis Latini lege in iis, qui literis dant operam. Qui vero secus fecerint [p. 25] eis poenitentia imponetur pro Superioris arbitrio. Teneantur autem mutuo se ad Ministrum deferre; quod nisi fecerint, eadem poena ii, qui audierint, afficientur, qua et ii, qui deliquerunt. Statuitur etiam, ut illi ipsi eodem sermone, quem addiscunt, conciones aliquando habeant, cum eis a Ministro praeceptum fuerit, quibus ipse tempus, auxiliumque praestabit ad conscribendam et memoriae mandandam concionem, quam sunt habituri [44].

[46]. TOLLATUR funditus et radicitus extirpetur abusus (si forte is inter nostros fuerit) quo male sentire, aut loqui nationes aliae de aliis solent; imo potius operam dent singuli, ut bene sentiant de diversis a sua nationibus, et eos, qui inde nati sunt, speciali affectu prosequantur [45].

[47]. NON est cum ullo contendendum, sed si qua in re nobis est diversa ab aliis sententia, eaque videtur esse manifestanda, rationes modeste et cum charitate proferantur, eo animo, ut suus veritati sit locus, et ab errore frater abducatur, non ut superiores fuisse videamur [46].

[48]. CUM quis iter faciens, in Domum, Collegiumve Societatis diverterit, eius obedientiae subiaceat, qui illic praeest; nisi is, qui divertit, Superioris authoritatem aliquam aut ordi-

---

[44] Regula haec forma simpliciore transiit in Reg. S. F. Borgiae et postea in Regulas Communes patris Mercuriani, n. 9 « Ad maiorem unionem eorum qui in Societate vivunt, maiusque auxilium eorum, apud quos habitant, singuli addiscant eius regionis linguam, in qua resident, nisi forte ipsorum nativa illic esset utilior: salva tamen latini sermonis lege in iis, qui literis dant operam ». [45] Addita Reg. Comm., n. 10 (p. 337). [46] Ibid. n. 40 (p. 341).

nariam, aut ex commissione in eum locum habeat. Ea vero obedientia in illis intelligitur rebus, quae ad Domum illam, aut Collegium attinent [47]. [p. 26]

[49]. NEMO, nisi accepta facultate, secularis cuiusque negotii curam suscipiat, imo nec pii, nisi res ita urgeret, ut deferri non posset: neque quisquam suam operam ministeriumve ulla in re promittat (nisi in iis, quae ad consuetum eius officium spectant) neque propensum animum ostendat ad promittendum, sed obedientiae et debitae abnegationis memor, petenti operam suam respondeat, se cum Superiore esse loquuturum. Hoc vero praecipue observetur in promittendis Missis, concionibus, et externis aliquibus negotiis procurandis [48].

TERTIO LOCO, QUAE AD CORPORIS CURAM NECESSARIAM PERTINENT, CUIUS MINISTERIO AD INTERNUM EXTERNUMQUE BONUM EST UTENDUM, HAE SUNT

[50]. CUM quis sentit offensam valetudinem suam, praesertim febre, aut eum admoneat, qui aegrotantium curam gerit, aut e Superioribus aliquem [49].

[51]. NEMO a Pharmacopola quicquam accipiet, neque sibi, vel alteri domestico Medicum eliget, aut eum consulet, sine Superioris facultate. Eligat autem quisque praecipuum sibi Medicum Deum Creatorem suum: corpus vero ei, qui praeest curandae valetudini, et Medico, quem Superior designarit, committat [50]. [p. 27]

[52]. QUI facultate accepta, aegrotos invisent, memores sint, ut submissa depressaque voce loquantur ea, quae ex hilarare, ac consolari aegrum possint, et circunstantes aedificare [51].

[53]. QUICUNQUE, facta oratione, sentiet re aliqua, quae ad corpus attineat, sibi esse opus, is neque pudore, neque mortificationis desiderio, neque aliquo respectu, petere omittat [52].

[54]. NEMO bibet extra consueta tempora praescriptaque, sine Ministri facultate [53].

---

[47] Ibid. n. 11 (p. 337). [48] Ibid. n. 13. [49] Reg. Comm. [III], 1 (p. 291). [50] Ibid. n. 2. [51] Addita Reg. Comm., n. 50 (p. 343). [52] Cf. Summarium Constit., n. 58 (p. 330). [53] Reg. Comm. [III], 5, (p. 291).

[55]. NEMO extra Domum cibum sumet absque facultate [54].

[56]. NEMO lecto se committet, extra id tempus, quod somno tributum est, nisi aegritudinis causa, ex Superioris alicuius consensu [55].

[57]. IIS, qui mensae accumbunt, nemo nuncium ullum referet, nisi forte familiaris alicuius, aut valde observandi hominis, et dignioris conditionis, aut si etiam necessitas urgeat [56].

[58]. QUONIAM mundities praeterquam quod extrinsecus aedificat, etiam confert ad tuendam corporis valetudinem: Det operam quisque, ut et sit ipse mundus quod ad se attinet, et in necessariis locis videat siquid faciat contra munditiam, nec ianuam apertam relinquat [57].

[58b]. Extra Domum nox adveniens neminem occupet, nec ante lucem quisquam egrediatur, nisi forte res extraordinaria aliqua, aut magni momenti interveniret, aut facultatem haberet [58].

[59]. NEMO aut loquendi aut invisendi gratia, Praelatos adibit, aut Principes, aut seculares Dominos, quin prius id, quod illis dicturus est, Superiori referat [59]. [p. 28].

[60]. NEMO libros habeat absconditos, ac ne expositos quidem sine facultate teneat quisquam, neque in iis, quibus ei uti licet, scribat aliquid, neve lineam ullam, aut notam imprimat: praeterquam emendandi gratia charactere venusto, ubi typographiae manifestus error appareret: alioquin si manifestus non est, ad Superiorem recurrat [60].

[61]. APERTA fenestra nemo noctu dormiat, nec sine linea interula, et stragulo [61].

[62]. NEMO eorum, qui ad domestica ministeria admittuntur, vel legere discat, vel scribere: neque eum quisquam doceat, sine Praepositi Generalis facultate: sed satis illi erit,

---

[54] Addita Reg. Comm., n. 6 (p. 336). [55] Reg. Comm. [III], 6 (p. 291). [56] Ibid. n. 8 (p. 292). [57] Ibid. n. 9.

[58] Cf. Reg. Comm. III, 9 (p. 292). Cf. Addita Reg. Comm., n. 6b (p. 336). Per errorem vel distractionem mentis factum videtur ut duae res ita diversae in unam regulam iungerentur. Ideo in duas divisimus.

[59] Cf. Addita in cod. *O* (p. 292(ad finem apparatus). Vide etiam p. 333 (12).

[60] Cf. p. 333 (13). Addita Reg. Comm., n. 36 (p. 340).

[61] Cf. Reg. Comm. romanae 1549, n. 74 (p. 168) partim. In eisdem regulis, n. 38 (p. 164) praecipitur ut aestate fenestrae post « Ave Maria » claudantur.

facta cum simplicitate et humilitate Christo Domino nostro servire [62].

[63]. NEMO cubiculo egrediatur nisi decenter vestitus [63], nec se in fenestra videndum ab externis exhibeat.

[64]. SINGULI Regulas habeant generales, easque intelligant, et sibi familiares reddant, ut prompte, cum opus est, in praxim exeant. Earum autem memoria mensibus singulis, ipsis vel lectis, vel auditis, refricetur [64].

FINIS

---

[62] Cf. *Examen*, cap. VI, n. 6. Nunc haec regula sublata est. Cf. MI, *Constit.* III, 33-34 et annot. 4. Secundum P. Ludovicum Gonzalez occasio huius regulae fuit Ioannis de Alba tentatio, coadiutoris temporalis qui studiis vacare cupiebat et tandem e Societate exiit. Cf. MI, *Fontes narr.*, I (n. 341), pp. 718-719; et n. 386 p. 733.

[63] Addita Reg. Comm., n. 23 (p. 339). Secunda pars regulae deest ibi.

[64] Cf. Addita Reg. Comm., n. 30 (p. 340), ubi praescribebatur ut singulis hebdomadis legerentur.

LAUS DEO

INDEX PERSONARUM, RERUM LOCORUM

A

Abnegatio sui, 127, 137, 324, 531, 533, 548, 560.

Abstinentia feriae sextae, 335, 558, quinam cibi in ea apponendi, 44-46. v. Ieiunium.

Achille, Paulus, v. D'Achille.

Actus Apostolorum, 106, 107.

Adam, primus homo, 86, 87.

Adhortatio, v. Exhortatio.

« Ad maiorem Dei gloriam », 549, 550.

Admissio in Societatem, 30*, 122-24; quibus neganda 227; a quonam concedenda, 359; minime invitis parentibus, 500-01, v. Candidati, Examen, Impedimenta, Novicii.

Admonitoris officium, 245 13.

Aedificatio proximi procuranda, 239-40, 288-90, 292, 548, 555, 557, 561-63.

Aedituus, 28*, eius Regulae, 62-67, 147, 175-80, 181 9, 430-40; templum quando aperiendum et claudendum 176; cum socio in templo dormiat, 177; Barzaei Regulae, 544; varia, 165, 207, 219, 241, 338, 356, 365, 375, 381, 383-84, 426-27, 436-37, 539; v. Praefectus ecclesiae.

Aegroti, 72, 163, 235-36, 290, 291, 323, 343, 354, 360, 369. 414, 420, 462, 530, 542, 550.

Aemulatio in studiis, 229.

Age quod agis, 343.

Aguirre, Ioannes, S. I., 213 4.

Aicardo, Ioseph Emmanuel, S. I., script., 34*, 199, 204, 249, 295, 307, 355 19.

Alava, regio, 5 3.

Alba, Ioannes de, (S. I.), 564 62.

Albareda, Anselmus M^a, O. S. B., script., 12* 16, 480 1.

Alcalá, oppidum, 4 2, 515; universitas, 212; collegium S. I., 137-38.

Alcázar, Bartholomaeus, S. I., script. 5 3, 139.

Alvarez, Balthasar, S. I., script., 545.

Alvarez, Gundisalvus, S. I., magister noviciorum, 400.

Amor Dei, 82-83, 141.

Andreas, S., domus noviciatus Romae, 2.

Andreu, D. F., script., 20*28.

Angeli colendi, 104-05; in primis angelus custos, 499.

Antonius de Padua, Sanctus, 299 4.

Antonius M. Zaccaria, Sanctus, 19*.

Apostoli et discipuli in aliis considerandi, 338.

Aqua sine venia non bibenda, 168, 291; ad manus lavandas, 187, 448; quomodo haurienda, 187, 460.

Aquaviva, Claudius, generalis et legifer S. I., Regulas recognoscit, 3*, 158, 186 4, 320 4, 400, 411, 416, 464, 479, 488 1; de usu scientiae ex confessione 205 1.

Aragonia, provincia S. I., 213.

Araldo (Heraldo), Ioannes Franciscus, S. I., 204.

Araoz, Antonius, S. I., provincialis Hispaniae, 147, 213, 282, 464.

Arca in ecclesiis S. I. non collocanda, 356, 386.

Aristoteles, philosophus, 212.

Arma domi non retinenda, 155, 225, 282, 339.

Arnaldus, Horatius, S. I., 255 [9].
Aromatarius, 38 [2].
Assistentis munus, 419.
Astallus, v. De Astallis.
Astráin, Antonius, S. I., script., 33*, 34*, 137 [1], 148 [2], 314 [1]; scripsit prooemium ad « Mon. Paed. », 249.
Auger, Edmundus, S. I., 255 [9].
Augustinus, Sanctus, summa eius Regulae, 8*-10*, 14*, 15*, 16*, 70, 82, 158, 226 [33].
« Ave Maria », signum dandum, 176, 291, 435; post signum datum nemo extra domum versetur, 333, 336, 429-30.
Avisos Spirituaes, 82 ss., 131.

B

Bacchanalia Romae, 167, 254, 257-58, 289, 332, 559.
Baetica, provincia S. I., 213, 400.
Balthasar, Hans - Urs von, - S. I., script., 8*[13].
Barba noviciis tondenda, 402.
Barbera, M., S. I., script., 315 [1], 505 [5].
Barbero, tonsor, chirurgi munere fungens, 446.
Bardenhewer, O. script., 8*[13], 11*[15].
Bardy, G., script., 8*[13].
Bartoli, Daniel, S. I., script., 138, 139 [7], 141, 153, 255 [9].
Barzaeus, Gaspar, S. I., eius Regulae 543 ss.
Barzi, Gaspar, S. I., 213 [4].
Basel, urbs, 14 [2].
Basilius, Sanctus, eius Regulae 8*, 17, 24 [13], 193 [1].
Bellini, Bernardus, script., 529 [1].
Benedictio mensae, 256-57, 349.
Benedictus, Sanctus, legifer, eius Regula 11*-12*, 23*, 24*, 17, 26, 31 [2], 34, 38, 54, 68, 120, 182, 190-91, 196, 416, 422, 440, 497 [3].
Benefactores, missae pro eis dicendae, 174-75; eorum catalogus fiat, 412, 418; missae et preces pro ipsis nuntientur, 434.
Bernardus abbas clarevallensis, Sanctus, 13*.
Bernia, vox hispana, 6; explicatur 7 [8].
Bibere, v. Aqua.
Bibliotheca, 371; sit in collegiis et domibus Societatis, 353.
Bibliothecae Praefectus, 28*; eius Regulae Conimbricae, 58-61; Regulae ann. 1553-54, 477-79; varia 29, 77, 238, 241, 340, 415, 421. v. Libri.
Bihl, Michael, O. F. M., script., 18* [26].
Bilbao, urbs, 5 [3].
Bobadilla, Nicolaus, S. I., 311.
Bologna, urbs, 192, 273 [2]; collegium S. I., 143-44, 280; « Statuta Bononiensia » 144, 148, 150, 214, 218 [3], 222 [11], 223 [16-17], 224 [21], 226 [34], 239 [3], 240 [2], 242 [6].
Bona temporalia, v. Cura bonorum.
Bonacorsus, Iacobus, medicus, 208 [1].
Bonae Spei, promontorium, 543.
Bonaventura, Sanctus, 393, 517.
Bonifacio, Ioannes, S. I., 496 [2].
Bononia, v. Bologna.
Boon, Amandus, O. S. B., script., 7*, 182 [2].
Borgia, Franciscus, Sanctus, generalis et legifer S. I., Regulas recognoscit, 3*, 158; regulas addit muneri rectoris, 361-62; varia, 268 [1], 315 [1], 334, 400, 411, 416, 464, 469, 471 [3], 472, 478-79, 488 [1], 509, 526 [5], 555.
Borrell, Ioannes Paulus, S. I., syndicus, 310-12.
Borromeo, Carolus, Sanctus, 384 [4].
Boticario, v. Medicamentorum custos.
Braga, Blasius de, Ord. S. Hieron., 15*.
Braunsberger, Otto, S. I., script., 151 [1].
Breviarium Romanum, 81 [4]; lectio historica in triclinio legenda, 69; a card. Quiñones concinnatum, 69 [1].
Broët, Paschasius, S. I., 192, 273 [2].

Bruno, Sanctus, 12*-13*.
Butler, Cuthbertus, O. S. B., script., 12* 16.

C

Caietanus Thiene, Sanctus, 19*.
Calabria, regio, 13*.
Calefactio cubiculorum, 235; sacrarii et altaris, 437.
Camerte, v. Paulus de Camerino.
Campanae sonus, 14*, 164, 165, 289. 430, 473.
Candidati S. I., 30*, 145; ea quae secum afferunt scripto annotanda, 28, 405-06, 415, 421; eorum examen, 122-24, 137; firmam voluntatem perseverandi habeant, 197; candidati et Minister. 365-66; admissio in Societatem 404 ss. v. Officium examinatoris.
Canes e templo eiciendi, 436.
Canisius, Petrus, Sanctus, Messanae, 150.
Canisius, Theodoricus, S. I., 516.
Canna, signum auctoritatis P. Ministri, 170 .
Canonici Regulares S. Augustini, 14*, 15*.
Cañizares, Didacus, S. I., 213 4.
Cappello, v. Reprehensio publica.
Capranica, Dominicus de, 299 4. - Collegium, ibid.
Carafa, Ioannes Paulus, v. Paulus IV.
Carceres, 355 19; in eis praedicare licet absque P. Ignatii facultate, 538.
Cardinales, quo modo domi excipiendi, 292, 390.
Caritas fraterna, 84, 142, 144, 226, 258-59, 308, 341, 342.
Carpi, card. Rodulphus Pio de, protector S. I., 166, 293.
Cartusia, 13*; Cartusia parisiensis, 22*.
Cassianus, Ioannes, script., 10*-11*.
Castella, provincia S. I., 213.
Castigatio puerorum, 155, 274-75, 496. v. Corrector.
Casus conscientiae, explicandi, 502, 505.
Casus reservati, 204-05; rectori, 204-05, 220; reservati a P. Lainez, 215.
Castro, Christophorus, S. I., script., 33*, 138-41.
Catalaunia, regio, 317.
Catharina de Medicis, 221 10.
Catechismus, v. Doctrina christiana.
Cella, v. cubiculum.
Cellarius, v. Dispensator.
Censor, v. Syndicus.
Cenula diebus ieiunii, 350, 462. v. Abstinentia, Ieiunium.
Cereceda, Felicianus, S. I., script., 3* 5.
Cervini, card. Marcellus, 293.
Cesari, v. Octavianus.
Charlart, Quintinus, S. I., 509.
Charta caritatis, 13*.
Chevalier, Ulixes, script., 115 33.
Christus, de amando proximo, 86-87; semper prae oculis habendus, 88; eius vita a peregrinis consideranda, 106-09, 111.
« Christiani novi » ne in Societatem admittantur, secundum P. S. Rodríguez, 122.
Chrodegandus, Sanctus, 14*.
Cibus, qualis comedendus, 50, 195, 207, 234, 377; specialis pro infirmis, 450; diebus ieiunii et abstinentiae, 44-45. v. Victus.
Cicero, M. Tullius, script., 503.
Cincinnatus quidam, S. I., 536.
Cistercienses, eorum Consuetudines, 13*-14*; 44, 52-53; Regula conversorum, 14*.
Citeaux, monasterium, 15*.
Civiltà Cattolica, periodicum, 50* 545.
Claudius, socius quidam, Patavium se confert, 135 2.
Claves domus custodiendae, 32, 429; officii, 38.
Clavi sine venia non figendi, 168, 290.
Clemens VII, papa, 19*; curat ut novum breviarium conficiatur, 69 1.

Clemens VIII, papa, de usu scientiae ex confessione, 205 [1].
Clerici Regulares, 19*.
Coadiutores S. I., 122-25, 197; spirituales, 410; temporales, 228, 229 [5], 242, 337, 405, 408, 410.
Codazzo (Codacio), Petrus, S. I., procurator domus romanae, 166, 171; ecclesiam S. M. de Strada Societati tradit, 174; quid pro eo agendum, 174 [11]; indiget cibo speciali, 195; moritur, 169; varia, 172, 175, 178, 187-88, 194, 209.
Codina, Arthurus, S. I., script., 34*, 14.
Coduri, Ioannes, S. I., simul cum P. Ignatio constitut. 1541 praeparat, moritur, 13.
Cognatorum amor in spiritualem convertendus, 321, 548; quando invisendi, 300.
Cogordan, Pontius, S. I., cursus vitae, 195 [3].
Coimbra, collegium S. I., 14, 125, 148. Regulae conimbricenses Mon. 4-32.
Collatio (cenula) diebus ieiunii, 350, 462, v. Ientaculum.
Collatio spiritualis, 489.
Collateralis officium, 245 [13], 361.
Colle, Bonifatius da, 19*.
Collegia Nostrorum cur ea S. I. suscipiat, 121; pro externis, 148 [3]; quomodo ampliari possint aedificia et reditus ,238, 239; eorum bona, 121 ;quomodo conservanda et augenda, 237-39, 241-45; 268-72; Constitutiones collegiorum 217-45; quomodo in eis iuventur proximi, 239-40, 281; collegiorum consuetudines, 148-49.
Collegia Parisiensia, 20*-22*.
Collegium Germanicum, v. Roma.
Colli torti, 518 [2].
Colloquia 50, 52-54, 82, 88-90, 129, 141, 143-145, 162, 193, 225, 292, 325, 328, 549, 552; colloquia cum externis, 70-72, 100, 163, 168, 188, 225, 256-57, 287, 308, 321, 333, 336, 338, 425, 428, 456, 458, 468, 486, 547; nemo loquatur de bellis inter christianos, 287.
Commissarii munus, 337; commissarii generales ,361.
Commodatae res ne accipiantur, 339.
Communio, v. Eucharistia.
« Compañía », nomen S. I. anno 1540, 6-9.
Compositiones, v. Exercitia litteraria.
Complutum, v. Alcalá.
Concilium Tridentinum, decretum de Vulgata, 481.
Confessarii, 3, 4; eorum Regulae Conimbricae, 30*, 118-19; unus sit, 327, 552; confessarii Fratrum quid observare debeant, 127-33, 541, 551, 554; confessarii apud superiorem confiteantur, 352; candidatorum, 405; confessarii alumnorum, 495, 497-99; collegii germanici, 535; quo ordine confessarii vocandi, 118-19, 433, 438; confessarius sit stabilis, 13, 150, 160, 206, 252, 285-86, 327, 552; varia, 76-77, 134, 160-62, 206-07, 210, 219-21, 223, 240, 244, 252-53, 285-86, 327, 331, 352-53, 358, 360, 368, 375, 379, 383, 387, 389, 394, 396, 405, 433, 530, 542, 555.
Confessio sacramentalis, 29*, 3-4; frequenter facienda, 102-03, 128; quomodo facienda, 160, 210; quoties a sociis 66, 150, 161, 219, 285, 322, 486, 549; singulis sabbatis, 13, 76-77, 82, 206, 219, 252; poenae in huius reg. transgressores, 135, 161, 206-07, 219, 286, 368; quomodo audiendae, 161, 389, 391; confessio generalis, 22, 368, 375; a candidato S. I. facienda, 366; et a noviciis, 394, 405, 407; et quidem Conimbricae Rectori, 22-23; eorum magistro, 399; confessionum ordo, 352-53; confessiones scholasticorum externorum, 154, 281-82, 300, 495; monialium et mulierum, 22, 359-60, 392; tempore infirmitatis, 441; earum auditio gratuita, 384, 434;

quamdiu audiendae, 391; eadem ab omnibus forma absolutionis dicenda, 386, 391; de usu scientiae ex confessione, 205 [1]; varia, 210, 219, 229, 240, 245, 252-53, 285-86, 300-01, 307, 322, 324, 368, 382, 387, 389-92, 394-95, 435, 456, 458, 556.

Congregatio generalis VII regulas recognoscit, 3*; index huius recensionis, 4*.

Conimbrica, Congregatio S. Crucis, 15*.

Conscientiae ratio, v. Ratio Conscientiae.

Consiglieri, Paulus, 19*.

Consilia ab externis non petenda, 164, 288.

Consiliarii, v. Consultores.

Constitutiones Fratrum Vitae Communis, 120, 175, 182, 196, 206 [4], 416.

Constitutiones S. I., eas S. Ignatius conscribit, 1*; Congregatio generalis I eas approbavit, 1*; earum summa 1*-2*; earum discrimen a Regulis, 5*; non sub peccato obligant, 242; a rectore legendae, 357; item in refectorio earum Summarium, 373; Constitutiones collegiorum S. I., earum textus, 217-45.

Constitutiones O. P., 216-17. Vide etiam Humbertus.

Consultores, 30*; eorum Regulae, 134; varia, 245 [13], 352, 361, 419.

Contentiones vitandae, 84, 142, 163, 225, 341, 562.

Contemptus mundi, liber, 162.

Contio sacra quando audienda, 154, 252, 281, 495; quamdiu durare debeat, 438.

Contionatores in S. I., 146, 178, 180, 389, 390.

Contiones, materiae contionum, 276-80; candidatorum S. I., 406; varia, 549, 562. v. Contio sacra.

Contractus quomodo ineundi, 354.

Convalescentium cura, 443.

Conversatio, v. Colloquia.

Coquus, eius Regulae Conimbricae, 50-51; Romae, 189; regulae ann. 1553-54, 463-68; Goae, 544; libellum de suis rebus conscribat, 466-68; varia, 172-173, 186, 241-42, 287, 323, 365, 370, 414, 420, 449, 451, 460-61, 466, 477, 513, 550, 557.

Cor purum servandum, 341.

Cordara, Iulius Caesar, S. I., script., 293 [1], 295.

Cordeses, Antonius, S. I., 515.

Coria, dioecesis, 166.

« Corpora Fratrum instrumenta Christi », 541.

Corporis afflictationes, v. Paenitentiae; corporis nimia sollicitudo vitanda, 330, 554; eius cura moderata habenda, 553, 562-63. Vide etiam Sanitas.

Correctio fraterna in S. I., 3, 6, 137, 144, 164, 199-203, 226, 312-13, 321, 548. v. Syndicus.

Corrector puerorum in collegiis S. I., eius Regulae, 507-08; varia, 274-75, 281-82, 496-98, 507.

Cors, Ioannes, S. I., 198.

Cota, Melchior, S. I., 15.

Coudreto, Hannibal de, S. I., Messanae, 150, 152.

Creaturarum amor arcendus, 329, 553.

Crevacuore, oppidum, 255 [9].

Cubicularius, 199.

Cubiculum aliorum nemo ingrediatur 136, 162, 167, 224, 288, 335; cura eius, 290, 666-67; iuvenes cum maturioribus versentur, 258-59; cubiculum mundandum, 166, 290; non claudendum, 335; cubicula invisenda, 40, 44, 54; nihil e cubiculis alienis auferendum, 74, 224, 256, 287, 340.

Culpae confessio, 144.

Cura bonorum temporalium et domus, 331, 337, 372-73; 555; etiam bonorum temporalium collegii romani, 268-71.

Custos, v. Aedituus.

Custos vestium et linteorum, 27*; eius Regulae Conimbricae, 38-41,

40-45; ann. 1553-54, 468-72; quando lintea distribuenda, 471; varia, 241, 449, 469.
Custos medicamentorum, eius Regulae, 36-39, 446-47; de hoc munere in S. I., 38 [2].
Custos munditiei in collegio conimbricensi, eius Regulae, 56-57; varia, 241.
Custos penus, v. Dispensator.

D

D'Achille, Paulus, S. I., 273 [2].
David, rex, 99, 114.
de Dainville, Franciscus, S. I., script., 152 [6], 315 [1].
Deambulatio, v. Egressus e domo, Socius.
De Astallis, Camillus, romanus, 269 [1].
Decuriones in scholis, 497.
Defectuum manifestatio et correctio, 199-203, 321, 366-67, 548; quomodo agendum in propriis defectibus, 86-88, 142; 342; venia pro defectibus petenda, 342, 344; quomodo errores Superiorum ipsis indicandi 351-52; v. Correctio, Syndicus.
Della Tolfa, Victoria, marchionissa, 246 [1].
De Matthaeis, Gonsalvus, 269 [1].
Demosthenes ,orator, 503.
Dengel, Philippus, script., 179 [5].
Deposita, 360, 429.
Deus in omnibus quaerendus, 222, 329, 553.
Deventer, oppidum, 18*, 14 [2].
Dias, Balthasar, S. I., 543.
Díaz, Natalius, S. I., script., 296, 307.
Dictionnaire de Spiritualité, 8* [13], 10* [14], 11* [15], 13* [17].
Dijon, urbs, 13*.
Dimissio e S. I., 220, 227, 241, 359, 366.
Dispensator (custos penus et cellarii), 27*; eius regulae, Conimbricae, 48-49; ann. 1553-54, 458-63.
Disputationes, v. Repetitiones.
Doctor, titulus, an usurpandus, 526, 529.
Doctrina Christiana, ab omnibus discenda, 286, 322, 367, 396, 399, 550; in collegio romano, 254-55; in coll. messanensi, 154; docenda singulis diebus dominicis in coll. Italiae, 281-82; in collegiis Societatis quomodo per singulas scholas exponenda, 495-96; non vero ultra horam, 438; liber in quo exstat, 500; — et novicii, 489; varia, 274-75, 281-82, 286, 322, 493, 549.
Doménech, Hieronymus, S. I. provincialis, 143, 539.
Dominicani, v. Fratres Praedicatores.
Dominicus, Sanctus, 10*[14], 16*, 299.
Domus, quaenam in ea non habenda, 339 v. Arma; Regula domus 529-30, v. Egressus domo.
Donatus, auctor, 153.
Dormire, v. Somnus, Surgendi hora.
D'Ovidio, F., script., 197 [1].
Du Cange, Carolus Dufresne, script., 16.
Dudon, Paulus, S. I., script., 22*[30], 150 [1], 215 [9].
Duhr, Bernardus, S. I., script., 139 [5].

E

Ecclesia, v. Praefectus ecclesiae, Aedituus; ecclesias Urbis quandonam visitare liceat, 168, 287, 529, 530.
Egressi e Societate, cum eis non loquendum sine venia, 78.
Egressus domo, 161, 162-63, 224, 286, 308, 322, 325, 336, 339, 390, 429-30, 549, v. Ianitor; in domibus externorum non rusticandum, 356; quo ordine mittendi, qui domo exeunt, 538.
Eguía, Iacobus de, S. I., cursus vitae, 4 [2]; sociis se adiungere vult, 2; praepositus euntibus Lutetiam, 5, 8, 9; est in domo romana S. Marthae, 149.

Eleemosynae, 6, 8, 137, 166, 185, 353-54, 361; Regulae illius qui eas colligit, 455-56; *porcionista*, 371, 375; quinam Romae ad eleemosynas quaerendas mitti possint, 537, v. Procurator.
Elias, propheta, 110-13.
Emmaus, 108-09.
Emptor (comprador, compratore, spenditore, spendedor), 27*; nomen officii, 187; eius Regulae Conimbricae, 52-55; ann. 1549, 187-88; aliae regulae ann. 1553-54, 456-58; Goae, 544; librum de emptionibus habeat, 460, 463; varia, 172, 241, 268-69, 271, 337, 370, 375-77, 413-14, 419-20, 450-52, 454, 459, 466, 468.
Episcopi et cardinales quo modo excipiendi, 390.
Epistolae sociorum a superiore vel eius delegato videndae, 3, 6, 70-71, 144, 145, 150, 167, 211, 224, 256-57, 300, 308, 321, 356, 401, 547; commercium litterarum cum Superioribus, 361; meditationes et instructiones spirituales scriptae non mittendae, 76-77, 224, 340, 558-59; Formula scribendi, 147, 350; epistolae nec scribendae nec accipiendae ab his qui Exercitia peragunt, 283; epistolae quomodo distribuendae, 361, 425.
Esau, 86-87.
Estella, oppidum, 4 [2].
Eucharistia, sumenda, 219-20, 252-53; et quidem frequenter, 102-03, 177, 286, 368, 556; quoties, 76-77, 135, 150, 161, 322, 432, 486, 549, 556; poenae in non communicantes statuto tempore, 161, 171, 286, 368, 566; — post missam distribuenda, 386, 438; quando non administranda, 433; pro scholasticis externis, 154, 300; tempore paschatis quibus danda, 179-80; die paschatis in paroecia, 390; tempore infirmitatis, 441; de scholasticis coll. germanici, 300, 307; varia, 300-01, 322, 383-84, 386-87, 395-96, 399, 439, 440, 487, 498, 556.
Eugubium, v. Gubbio.
Eusebius Sanctus, episc. Vercellen., 14*.
Evora, urbs, 14.
Examen candidatorum, 137, 365 [5], 402. v. Candidati, Examinatoris Regulae.
Examen conscientiae, 29*, 74, 80-83, 191, 220-21; cottidie faciendum, 144, 150, 307, 327, 488, 552, 556; Socii docendi et examinandi de modo illud faciendi, 538; alumnos collegii docendum, 154, 498; particulare et generale, 118, 171, 205, 368, 395; varia, 252-53, 286.
Examinatoris Regulae et officium, 292, 399, 402-03; examen semestre, 368.
Excitator, 28*, 136; Regulae Conimbricae, 54-57; ann. 1549, 191-92; Regulae ann. 1553-54, 472-74; varia, 241-42, 264-65.
Exercitatio corporalis facienda, 208, 236, 266, 350, 354, 397, 475, 541; ab alumnis collegii germanici, 304; cottidie, 350.
Exercitia litteraria, 262-63, 302-05, 474, 484-85, 503-06. v. Repetitiones.
Exercitia mentalia, non nimis protrahenda, 331, 554.
Exercitia Spiritualia a candidatis facienda, 13, 489-90; a noviciis, 283, 401; ab alumnis collegii germanici, 298; Exercitia monialibus proponi possunt, 359; et mulieribus, 360; nec danda nec ad id alii movendi sine venia Superioris, 530; qui ea peregerunt infirmarii curae commendandi, 174; ne accipiant neque scribant litteras, 283; rebus spiritualibus vacandum, 328, 552; qui ea peragunt domo ne egrediantur, 401; missam cottidie audiant, 401; varia, 86 [4], 101 [9], 219, 240, 396.
Exhortationes domesticae, 170, 223, 330, 367, 379, 538, 554; — de mo-

do peragendi examen conscientiae, 538.
Exitus v. Egressus.
Experimenta noviciorum, 13, 125, 368, 370, 396, 467 [1], 490.
Externi, quinam domum ingredi possint, 353, 356.
Extrema Unctio tempestive infirmis administranda, 34, 183, 441.
Ezechias, rex, 80-81.

F

Faber (Fabro), Petrus, S. I., 22* [30]; Patavium se confert 135 [2].
« Familiares » in domibus S. I., 123.
Farrell, A. P., S. I., script., 151, 152 [8], 153 [10], 280 [1], 315 [1], 493, 496 [2], 497 [3], 500 [5], 507.
Febres tertianae, 36, 183, 445-46.
Feminae v. Mulieres.
Fenestrae claudendae, 28, 29, 166.
Ferrão, Bartholomaeus, S. I., moritur, 143.
Ferrara, urbs, 248 [2], 273 [2]; collegium S. I., 280-81.
Ferrari, Bartholomaeus, 19*.
Festi dies populo nuntiandi, 383, 388.
Fiducia in Deum, commendatur initio omnium officiorum in regulis ann. 1553-54.
Firenze (Florentia), urbs, 273 [2], 280; Bibl. nationalis, 515.
Fernandez (Fernandes), Andreas, S. I., regulas Barzaei Romam attulit, 543.
Flandria, regio, ibi eleemosynae colligendae, 6-7.
Flos Sanctorum, liber, 162.
Formula scribendi, 147, 350.
Foscararius, Aegidius, O. P., Sacri Palatii Magister, 144.
